~~O magnus domin⁹ ⁊ laudabilis valde.~~ ℣.

auribus percipite, qui habitatis orbem)

Deus deorum. psal. Ipsum. Euouae.

Deus deoꝝ dn̄s locut⁹ est: ps̄. xlix.
⁊ vocauit terram. A solis ortu vsq̄
ad occasum: ex syon spēs decoris eius.
Deus manifeste veniet: deus noster ⁊
non silebit. Ignis in conspectu ei⁹ exar
descet: ⁊ in circuitu eius tempestas va
lida. Aduocauit celum desursum: ⁊ ter
ram discernere ꝓpl'm suū. Congregate
illi sctōs eius: q̇ ordinant testamentū ei
us sup̄ sacrificia. Et annunciabunt celi
iusticiam eius: qm̄ deus iudex est. Au-
di populus meus ⁊ loquar israel: ⁊ testi
ficabor tibi. deus deus tuus ego sum.
Non in sacrificijs tuis arguam te: ho-
locausta aūt tua in ꝯspectu meo sṫ sem-
per. Non accipiam de domo tua vitu-
los: neq̄ de gregibus tuis hircos. Qm̄
mee sunt oēs fere siluaꝝ: iumēta in mō-
tibus ⁊ boues. Cognoui om̄ia volati-
lia celi: ⁊ pulchritudo agri mecū est. Si
esuriero nō dicam tibi: meus est em̄ or-
bis terre ⁊ plenitudo eius. Nunq̇d mā

26

ducabo carnes tauroꝝ: aut sanguinem
hircoꝝ potabo. Immola deo sacrifici
um laudis: ⁊ redde altissimo vota tua.
Et inuoca me in die tribulationis: eru-
az te ⁊ honorificabis me. Peccatori au
tē dixit deus quare tu enarras iustici-
as meas: ⁊ assumis testamētū meū per
os tuū. Tu vero odisti disciplinā: ⁊ ꝓieci-
sti sermones meos retrorsuz. Si vide-
bas furē currebas cū eo: ⁊ cū adulteris
portionē tuā ponebas. Os tuū abūda-
uit malicia: ⁊ lingua tua ꝯcinnabat do-
los. Sedens aduersus frēm tuū loque
baris: ⁊ aduersus filiū matrꝭ tue pone-
bas scandalū: hec fecisti ⁊ tacui. Existi
masti inique qđ ero tui similis: arguam
te ⁊ statuā cōtra faciē tuā. Intelligite
hec qui obliuiscimini deū: nequando ra
piat ⁊ non sit qui eripiat. Sacrificium
laudis honorificabit me: ⁊ illic iter quo
ostendam illi salutare dei. Singulis die
bus quando feriale đr officium ad lau-
des. Pš. l.

Miserere mei deus: se-
cundū magnā miscđiaz tuam. Et
secundum multitudinem miserationuz

tuarũ: dele iniquitatẽ meam. Amplius
laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato
meo munda me. Quoniam iniquitatẽ meam
ego cognosco: ⁊ pctm̃ meũ contra me
est semper. Tibi soli peccaui ⁊ malũ co
rã te feci: vt iustificeris in sermonibus
tuis ⁊ vincas cum iudicaris. Ecce em̃
in iniquitatibus ꝯceptus sum: ⁊ in pec
catis ꝯcepit me mater mea. Ecce enim
veritatem dilexisti: incerta ⁊ occulta sa
piẽtie tue manifestasti mihi. Asperges
me hysopo ⁊ mundabor: lauabis me et
super niuem dealbabor. Auditui meo
dabis gaudiũ ⁊ leticiam: ⁊ exultabunt
ossa humiliata. Auerte faciem tuam a
pctis meis: ⁊ omnes iniquitates meas
dele. Cor mundũ crea in me deus: spiri
tũ rectũ inoua in viscerib⁹ meis. Ne pij
cias me a facie tua: ⁊ spm̃ sctm̃ tuum ne
auferas a me. Redde mihi leticiam sa-
lutaris tui: ⁊ spiritu principali confir-
ma me. Docebo iniquos vias tuas: et
impij ad te conuertentur. Liberame
de sanguinibus deus deus salutis mee:
⁊ exultabit lingua mea iusticiam tuam.

Dñe labia mea aperies: ⁊ os meum an
nunciabit laudem tuã. Qm̃ si voluisses
sacrificiũ dedissez vtiqꝫ: holocaustis nõ
delectaberis. Sacrificiũ deo spũs con
tribulatus: cor ꝯtritũ ⁊ humiliatũ deus
non despicies. Benigne fac dñe in bõa
voluntate tua syõ: ⁊ edificent̃ muri hie
rusalem. Tunc acceptabis sacrificiũ iu
sticie oblationes ⁊ holocausta: tũc ĩpo
nent sup altare tuũ vitulos. Psalm⁹. lj.

Quid gloriaris in malicia: q̃ potens
es in iniquitate. Tota die iniustici
am cogitauit lingua tua: sicut nouacula
acuta fecisti dolũ. Dilexisti maliciã sup
benignitatẽ: iniquitatẽ magꝭ q̃ꝫ loq̃ eq̃
tatem. Dilexisti om̃ia v̄ba precipitatio
nis: lingua dolosa. Propterea deus de
struet te in finẽ: euellet te et emigrabit
te de tabernaculo tuo ⁊ radicẽ tuaꝫ de
terra viuentiũ. Videbunt iusti et time-
bunt: ⁊ sup eum ridebunt ⁊ dicent: ecce
homo qui non posuit deũ adiutorẽ suũ.
Sed sperauit in multitudine diuiciarũ
suaꝝ: ⁊ preualuit in vanitate sua. Ego
aũt sic̃ oliua fructifera in domo dei: spe

benedicion) sapientia dei
patris nos celestibus
intruat disciplinis

raui in misericordia dei in eternum et in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti: ⁊ expectabo nomen tuũ qm̃ bonũ in cõspectu sctõr tuor. ã.

Deus deorum dominus locutus est. vers. Immola deo sacrificium laudis. ℟ Et redde altissimo vota tua. Lectio

Dominus sapien- breuis in estate.
tia fundauit terram: stabiliuit celos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi: ⁊ nubes rore concrescunt. Tu. Responsorium. Deus in nomine tuo saluum

Versus.

me fac domine. Et in virtute tua

miserere mei deus ℣ miserere mei
℣ Quoniam in te confidit anima mea.

iudica me. ℟ Deus in. Gloria patri et

In scdo nocturno antiphona.

filio ⁊ spirituisancto.

Sapiencia dei patris nos celestibus instruat disciplinis

In septuagesima antiphona.

Alleluia. Euouae.



Psalm⁹ .lij.

Auertat dominus. Euouae.

Dixit insipiens in corde suo: nō est deus. Corrupti sunt ⁊ abomiabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum. Deus de celo prospexit super filios hominū: vt videat si est intelligens aut requirēs deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum. Nonne scient omnes qui operantur iniquitatez: qui deuorant plebem meam vt cibum panis. Deum non inuocauerūt: illic trepidauerūt timore vbi nō fuit timor. Qm̄ deus dissipauit ossa eoꝝ q̇ hoibus placēt: ꝯfusi sunt qm̄ de⁹ spreuit eos. Quis dabit ex syō salutare israel: cū cōuerterit de⁹ captiuitatē plebis sue exultabit iacob ⁊ letabit̄ israel.

Deus ps̄.liij.

Ī noie tuo saluū me fac: ⁊ in virtute

tua iudica me. Deus exaudi orõem me
am: auribus ꝑcipe verba oris mei. Qm̃
alieni insurrexerũt aduersum me. ⁊ for
tes quesierũt aiam meam: ⁊ non ꝓposu
erũt deũ ante ꝯspectũ suũ. Ecce em̃ de
us adiuuat me: ⁊ dominus susceptor ẽ
anie mee. Auerte mala inimicis meis:
in veritate tua disperde illos. Volunta
rie sacrificabo tibi: ⁊ ꝯfitebor nomi tuo
dñe qm̃ bonũ est. Qm̃ ex om̃i tribulatõ
ne eripuisti me: ⁊ super inimicos meos
despexit oculus meus. Antiphona.



Auertat dñs captiuitatem plebis sue.
In lxx̃.
añ. Intende in me. p̃. Exaudi. Euouae.



Exaudi deꝰ orõez meã: ⁊ ne ps̃. liiij.
despexer⁊ deprecatõnẽ meã: ĩtẽde
mihi ⁊ exaudi me. Cõtristatꝰ sum in ex
ercitatiõe mea: ⁊ ꝯturbatꝰ suz a voce in
imici ⁊ a tribulatõe pctõris. Quoniam
decliauerunt in me iniquitates: ⁊ in ira
molesti erant mihi. Cor meum contur-

batum est in me: ⁊ formido mortis ceci
dit sup me. ¶ Timor ⁊ tremor venerunt
sup me: ⁊ ꝓtexerũt me tenebre. ¶ Et dixi
quis dabit mihi pẽnas sicut colũbe: et
volabo et requiescam. ¶ Ecce elongaui
fugiens: ⁊ mansi in solitudie. ¶ Expecta-
bam eum qui saluũ me fecit: a pusillani
mitate spiritus et tempestate. ¶ Precipi
ta domine: diuide linguas eorum: qm̃
vidi iniquitatem ⁊ contradictionem in
ciuitate. ¶ Die ac nocte circundabit eam
super muros eius iniquitas: ⁊ labor in
medio eius ⁊ iniusticia. ¶ Et non defecit
de plateis eius: vsura ⁊ dolus. ¶ Quoni-
am si inimicus meus maledixisset mihi:
sustinuissem vtiqꝫ. ¶ Et si is qui oderat
me super me magna locutus fuisset: ab
scondissem me forsitan ab eo. ¶ Tu vero
homo vnanimis: dux meus ⁊ not⁹ me-
us. ¶ Qui simul mecum dulces capiebas
cibos: in domo dei ambulauimus cum
consensu. ¶ Veniat mors sup illos: ⁊ de-
scẽdant in infernũ viuẽtes. ¶ Quoniã ne
quitie in habitaculis eorum: in medio
eorum. ¶ Ego aũt ad deũ clamaui: ⁊ dn̄s

saluauit me. Tespere ⁊ mane ⁊ meridie
narrabo ⁊ annunciabo: ⁊ exaudiet vo-
cem meã. Redimet in pace animã meã
ab his q̇ appropinquãt mihi: qm̃ int̃ mł
tos erant mecũ. Exaudiet deus et hu-
miliabit illos: q̇ est ante secula. Non em̃
est illis cõmutatio ⁊ non timuerũt deũ:
extẽdit manũ suã in retribuendo. Con
taminauerunt testamentũ eius: diuisi
sunt ab ira vultus eius: ⁊ appropinq̃uit
cor illius. Molliti sunt sermones ei⁹ sup
oleum: ⁊ ipsi sunt iacula. Iacta sup dñz
curã tuã: ⁊ ip̃e te enutriet: non dabit ine
ternũ fluctuationẽ iusto. Tu v̄o deus:
deduces eos in puteũ interit⁹. Tiri san
guinũ ⁊ dolosi nõ dimidiabunt dies su-
os: ego aũt sperabo in te dñe. Psal. lv.

Miserere mei deus qm̃ conculcauit
me homo: tota die impugnãs tri-
bulauit me. Conculcauerũt me inimici
mei tota die: qm̃ multi bellantes aduer
sum me. Ab altitudine diei timebo: ego
vero i te sperabo. In deo laudabo ser-
mones meos: in deo speraui non time-
bo quid faciat mihi caro. Tota die ver

ba mea execrabant̃: aduersum me oẽs
cogitationes eorum in malũ. Inhabi-
tabunt ⁊ abscondent: ipsi calcaneũ me
um obseruabunt. Sicut sustinuerũt ani
maz meã pro nihilo saluos facies illos:
in ira ꝓpl̃os confringes. Deus vitã me
am annũciaui tibi: posuisti lachrymas
meas in conspectu tuo. Sicut ⁊ in pro-
missione tua: tunc ꝯuertent̃ inimici mei
retrorsum. In quacunqꝫ die inuocaue
ro te: ecce cognoui qm̃ deus meus es.
In deo laudabo verbũ: in dño lauda-
bo sermonem: in deo speraui non time-
bo quid faciat mihi homo. In me sunt
deus vota tua: que reddam laudatões
tibi. Qm̃ eripuisti aĩam meam de mor-
te: ⁊ pedes meos de lapsu: vt placeam
coram deo in lumine viuentium. Añ̃a.



Intende in me et exaudi me domine.

Miserere Feria.iij.ad laud̃.ps̃.lvj.
mei deꝰ miserere mei: qm̃ i te cõfidit
aĩa mea. Et in vmbra alaꝝ tuaꝝ spera-
bo: dõec trãseat iniq̇tas. Clamabo ad

deũ altissimũ: deũ q̇ bñfecit mihi. Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobrium ꝯculcãtes me. Misit deus miscdiaz suã ⁊ veritatẽ suã: ⁊ eripuit aĩam meaz de medio catuloꝝ leonũ: dormiui ꝯturbatus. Filij hoĩm dẽtes eoꝝ arma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eoꝝ gladius acut⁹. Exaltare sup celos deus: ⁊ in oĩ terrã gl̃ia tua. Laqueũ parauer̃t pedibus meis: ⁊ incuruauerũt aĩam meã. Foderunt añ faciẽ meã foueã: ⁊ inciderũt in eam. Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: cantabo et psalmum dicam. Exurge gloria mea exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine: et psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata est vsqꝫ ad celos misericordia tua: et vsqꝫ ad nubes v̄itas tua. Exaltare sup celos de⁹: ⁊ super oẽm terrã gloria tua.

Psalm. lvij. In lxx̄ añ.



Si vere vtiqꝫ iu Juste iudicate. Euouasticiaz loquimini: recte iudicate filij hominũ. Atem̃ in corde iniquitates ope-

ramini in terra: iniusticias manus vre
concinnāt. Alienati sunt peccatores a
vulua: errauerūt ab vtero: locuti sūt fal
sa. Furor illis scdm similitudinē serpen
tis: sicut aspidis surde & obturantis au
res suas. Que non exaudiet vocē incā
tantiū: & venefici incantantis sapiēter.
Deus conteret dentes eorū in ore ipso
rum: molas leonū confringet dñs. Ad
nihilū deueniēt tanq̄ aqua decurrēs:
intendit arcū suū donec infirmentur. Si
cut cera que fluit auferent: supcecidit
ignis & non viderunt solem. Priusq̄ in
telligerent spine vre ramnū: sicut viuen
tes sic in ira absorbet eos. Letabit iu
stus cum viderit vindictā: manus suas
lauabit in sanguine peccatorū. Et dicet
homo si vtiq̄ est fructus iusto: vtiq̄ est
deus iudicans eos in terra. Psal. lviij.
Eripe me de inimicis meis deus me
us: & ab insurgentibus in me libe
ra me. Eripe me de operantibus iniq̄
tatem: & de viris sanguinum salua me.
Quia ecce ceperūt aiam meā: irruerūt
in me fortes. Neq̄ iniquitas mea neq̄

pctm̄ meū dñe: sine iniquitate cucurri ⁊ direxi. Exurge in occursum meū ⁊ vide: ⁊ tu dñe deus virtutuꝫ deus israel. Intēde ad visitandas oēs gētes: non miserearis om̄ibus q̄ opantur iniquitatē. Conuertent̄ ad vesperā ⁊ famē patient̄ vt canes: ⁊ circuibūt ciuitatē. Ecce loquent̄ in ore suo: ⁊ gladiꝰ in labijs eorum: qm̄ quis audiuit. Et tu dñe derideb̄ eos: ad nihilū deduces om̄es gētes. Fortitudinē meā ad te custodiā: qꝛ deus susceptor meus deus meus misericordia eius preueniet me. Deus ostēdit mihi super inimicos meos ne occidas eos: neqñ obliuiscātur ꝓpl̄i mei. Disperge illos ī virtute tua: ⁊ depone eos ꝓtector meus dñe. Delictū oris eorum sermonem labioꝝ ipsoꝝ: ⁊ cōprehēdātur in supbia sua. Et de execratione et mendatio annunciabuntur in consummatione: in ira ꝯsummationis et non erunt. Et scient quia deus dñabitur iacob: ⁊ finiū terre. Conuertētur ad vesperam ⁊ famez patient̄ vt canes: ⁊ circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergent̄ ad

manducandũ: si vero non fuerint satura-
ti ⁊ murmurabunt. Ego autẽ cantabo
fortitudinẽ tuam: ⁊ exaltabo mane mi-
sericordiam tuã. Quia factus es susce-
ptor meus ⁊ refugiũ meũ in die tribula
tõis mee. Adiutor meꝰ tibi psallã: qꝛ deꝰ
susceptor meꝰ es: deꝰ meꝰ mia mea. añ.

Deus vitam meam annũtiavi tibi [illegible]

Juste iudicate filij hominũ. ã. Alleluia
Lap̃. Vigilate.
℣. Deꝰ vitã me
alleluia alleluia alleluia. am annũciaui
tibi. ℟. Posuisti lachrimas meas in cõ
spectu tuo. Oratio. Illuia q̃s dñe tene-
bras nostras. Ad laudes antiphona.
Dele Domine iniquitatem meam

Secundũ magnam misericordiã tuam
Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium qui nos oderunt libera nos Domine
miserere mei deus. ps̃. Miserere. Euo-

uae. añ. Salutare vultꝰ mei deus meꝰ.

ps̄. Judica. Euouae. an̄. Quoniaz in te
cōfidit anima mea. ps̄. Miserere mei d
us mi. Euouae. an̄. Cunctis diebus vite
nostre saluos nos fac domie. Can. Ego
dixi. Euouae. ā. Omnes angeli eius lau-
date dominū d celis. ps̄. Lau. Euouae.
Capitulum. Nox precessit. Responsori.
Miserere mei deus miserere mei. vers.
Quoniam in te confidit anima mea.

Hymn⁹. Splendor paterne. ℣. Reple
ti sumus mane miscdia tua. ℟. Et exul-
tauimus ⁊ delectati sum⁹. Ad bñd. añ.

Visitauit ⁊ fecit redemptionem domi-

nus plebis sue. Lañ. Bñdict⁹. Euouae.
Feria. iiij.
ad matut.
Inuitato. In manu tua domine. Oēs
Hymn⁹. Eter-
ne rex ꝯditor.
fines terre. ps̄. Venite. In. j. noct. añ.

Psalm⁹
Da nobis domine. Euouae. lix.

Deus repulisti nos ⁊ destruxi-
sti nos: iratus es ⁊ misertus
es nobis. Cōmouisti terram
⁊ ꝯturbasti eam: sana contri-
tiones eius qꝛ cōmota est. Ostēdisti po
pulo tuo dura: potasti nos vino cōpun
ctionis. Dedisti metuētibus te signifi-

cationē: vt fugiant a facie arcus. Vt li-
berentur dilecti tui: saluū fac dextera tua
et exaudi me. Deus locutus est in sancto
suo: letabor et partibor sichimā et qual-
lem tabernaculorum metibor. Deus ē ga
laad et meus est manasses: et effraim for-
titudo capitis mei. Iuda rex meus: mo-
ab olla spei mee. In idumeam extēdam
calciamentū meū: mihi alienigene sub-
diti sunt. Quis deducet me in ciuitatem
munitā: quis deducet me vsq; in idume
am. Nōne tu deus q̄ repulisti nos: et nō
egredieris deus in virtutibus nris. Da nob
auxiliū de tribulatiōe: et vana salus hois.
In deo faciemus virtutē: et ipse ad nihi-
lum deducet tribulantes nos. Psal. lx.
EXaudi deus deprcationem meam:
intende orationi mee. A finibus
terre ad te clamaui: dum anxiaret cor
meum: in petra exaltasti me. Deduxi-
sti me quia factus es spes mea: turris
fortitudinis a facie inimici. Inhabita-
bo in tabernaculo tuo in secula: prote-
gar in velamento alarum tuarum. Quōm tu de
us meus exaudisti orōnem meā: dedisti

hereditatē timentibus nomē tuum. Dies sup̄ dies regis adijcies: annos eius vsq̄z in diem generationis ⁊ generationis. Permanz in eternū in ꝯspectu dei: miscdiaz ⁊ veritatē eius quis requiret. Sic psalmū dicaz nomini tuo in scl'm seculi: vt reddā vota mea de die in diē. ā.



Da nobis domine auxilium de tribu-



latione. añ. Benedicite gētes. Euouae.

Nonne deo subiecta erit ania mea: ab ip̄o em̄ salutare meū. Nam ⁊ ipse deus meus ⁊ salutar⁊ me⁹: susceptor meus nō mouebor ampli⁹. Quousq̄z irruitis in hoīem: interficit⁊ vniuersi vos: tanq̄z parieti incliato ⁊ macerie depulse. Teruntñ p̄ciū meū cogitauerunt repellere: cucurri i siti: ore suo bñdicebāt ⁊ corde suo maledicebant. Teruntamē deo subiecta esto ania mea: quoniaz ab ipso pacientia mea. Quia ipse deus meus ⁊ saluator meus: adiutor meus non

emigrabo. In deo salutare meũ ⁊ gl'ia mea: deus auxilij mei ⁊ spes mea i deo est. Sperate in eo om̃is ꝯgregatio populi: effundite coram illo corda vr̃a: deus adiutor noster in eternũ. Veruntamẽ vani filij hoim: mendaces filij hoim in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idip̃m. Nolite sperare in iniquitate: ⁊ rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere. Semel locutus ẽ deus duo hec audiui: qꝛ potestas dei est ⁊ tibi domĩe misericordia: qꝛ tu reddes vnicuiqꝫ iux̃ opa sua.

Dñicis diebus ⁊ festi. ad laud. ps̃. lxij.

Deus deus me⁹: ad te de luce vigilo. Sitiuit i te aĩa mea: q̃ꝫ multiplicit̃ tibi caro mea. In terra deserta inuia ⁊ inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutẽ tuã ⁊ gloriaꝫ tuã. Cm̃ melior est miscd̃ia tua sup̱ vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea: ⁊ in nomine tuo leuabo man⁹ meas. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur anima mea: et labijs exultationis laudabit os meũ. Si memor fui tui sup̱

stratū meū/in matutinis meditabor in te:quia fuisti adiutor meus. Et in velamento alarū tuarū exultabo:adhesit aia mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vero inuanū quesierūt aiam meā: introibūt in inferiora terre:tradētur in manus gladij partes vulpiū erūt. Rex vero letabit in deo:laudabunt omnes q̄ iurant in eo:q̄ obstructum est os loquentiū iniqua. Feria.iiij.ad laud. ps̄.lxiij.

Exaudi deus orōnem meā cū deprecor:a timore inimici eripe aiam meam. Protexisti me a conuētu malignātiū: a multitudine operātiū iniqtatē. Quia exacuerunt vt gladiū linguas suas:intenderunt arcū rem amarā:vt sagittēt in occultis imaculatū. Subito sagittabunt eum & non timebunt: firmauerūt sibi sermonem nequam. Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt q̄s videbit eos. Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinia. Accedet homo & cor altum: & exaltabit deus. Sagitte paruulorū facte sunt plage eorum:& infirmate sunt contra eos

lingue eorum. Conturbati sunt omnes
qui videbāt eos: ⁊ timuit omis homo.
et Annunciauerunt opa dei: ⁊ facta eius
intellexerunt. Letabit iustus in dño et
sperabit in eo: ⁊ laudabunt omnes re-
cti corde. Feria.iiij. ad laud. Ps̄.lxiiij.

Te decet hymnus deus in syon: ⁊ ti
bi reddet votū in hierlm. Exaudi
orationē meā: ad te omis caro veniet.
Verba iniquor preualuerūt sup nos: ⁊
impietatibus nostr tu ꝓpitiaber. Be
atus quē elegisti ⁊ assumpsisti: inhabita-
bit in atrijs tuis. Repletibimur in bonis
domus tue: sanctū ē tēplum tuum mira
bile in eqtate. Exaudi nos deus saluta
ris nr: spes omium finium terre ⁊ i ma
ri longe. Preparans montes in virtu-
te tua accinctus potentia: qui contur-
bas pfundū maris sonū fluctuuz eius.
Turbabunt gētes ⁊ timebunt qui habi
tant terminos a signis tuis: exitus ma
tutini ⁊ vespi delectabis. Visitasti terrā
⁊ inebriasti eam: multiplicasti locuple-
tare eam. Flumē dei repletū ē aqs: pa
rasti cibū illorum qm ita ē pparatio ei.

Riuos eius inebria: multiplica genimi
na eius: in stillicidijs eius letabit germi
nãs. Benedices corone anni benignitatis
tue: et cãpi tui replebunt vbertate. Pin
guescent speciosa deserti: et exultatione
colles accingẽtur. Induti sunt arietes
ouiũ: et valles abundabũt frumẽto: cla-
mabunt etenim hymnus dicẽt. ps. lxv.
Iubilate deo omnis terra: psalmum
dicite nomini eius: date gl'iam lau
di eius. Dicite deo q̃ terribilia sũt opa
tua dñe: in multitudine virtutis tue men
tient tibi inimici tui. Omnis terra adoret
te et psallat tibi: psalmũ dicat nomi tuo.
Venite et videte opa dei: terribil' in cõsi-
lijs sup filios hoim. Qui conuertit mare i
aridam: in flumie ptransibũt pede: ibi
letabimur i ipo. Qui dñatur i vtute sua
in eternũ: oculi eius sup gẽtes respiciũt:
q exasperãt nõ exaltẽtur in semetipsis.
Benedicite gẽtes deũ nr̃z: et auditã facite
vocẽ laudis eius. Qui posuit aiam meã ad
vitã: et nõ dedit i commotõnẽ pedes meos.
Cum pbasti nos deus: igne nos examina
sti sic examiat' argẽtũ. Induxisti nos i

laqueũ:posuisti tribulationes in dorso
nostro:imposuisti hoies sup capita no=
stra. Trãsiuimus p igne ⁊ aquã: ⁊ edu=
xisti nos in refrigeriũ. Introibo in do=
mũ tuã in holocaustis:reddam tibi vo=
ta mea que distinxerũt labia mea. Et lo
cutũ est os meũ:in tribulatõe mea. H o
locausta medullata offeram tibi cum in
censo arietũ:offeram tibi boues cũ hir
cis. Venite audite ⁊ narrabo oẽs q̃ ti=
metis deũ:quanta fecit aie mee. Ad ipz
ore meo clamaui: ⁊ exultaui sub lingua
mea. Iniquitatẽ si aspexi i corde meo:
non exaudiet dñs. Propterea exaudi=
uit deus: ⁊ attendit voci deprecatiõis
mee. Benedictus deus: q̃ non amouit
orõnem meã ⁊ miscdiam suaz a me. añ.



Omni die ad laud. ps. lxvj.

Benedicite gentes deum nostrũ.
Deus misereatur nostri et
benedicat nobis: illuminet vultuz
suũ sup nos. ⁊ misereat nri. Ut cogno=
scamus in terra viam tuam:in omnibus
gẽtibus salutare tuũ. Confiteãtur tibi

populi deus: ꝯfiteãtur tibi populi oẽs.
Letẽtur ⁊ exultent gẽtes: qm̃ iudicas
populos in equitate: ⁊ gẽtes ĩ terra di-
rigis. Confiteantur tibi ꝓpl'i deus: con
fiteãtur tibi populi oẽs: terra dedit fru
ctum suũ. Bñdicat nos deus deus nr̃:
bñdicat nos de
us: ⁊ metuãt eũ
oẽs fines t're. ã. In ecclesijs. Euouae.
Exurgat de⁹ ⁊ dissipẽtur. ps̃. lxvij.
inimici eius: ⁊ fugiant q̇ oderũt eũ
a facie eius. Sicut deficit fumus defici
ant: sicut fluit cera a facie ignis sic ꝑeãt
pctõres a facie dei. Et iusti epulẽtur ⁊
exultẽt in conspectu dei: ⁊ delectẽtur in
leticia. Cantate deo psalmũ dicite no-
mini ei⁹: iter facite ei qui ascẽdit sup̱ oc-
casum: dñs nomẽ illi. Exultate in ꝯspe
ctu eius: turbabunt̃ a facie eius patris
orphanoꝝ ⁊ iudicis viduaꝝ. Deus ĩ lo
co sancto suo: deus qui inhabitare facit
vnius moris in domo. Qui educit vin-
ctos in fortitudine: similiter eos qui ex
asperant qui habitant in sepulchrꝭ. De
us cum egredereris in conspectu po-

puli tui: cũ pertrãsiris in deserto. Terra mota est: etem̃ celi distillauerũt a facie dei synai: a facie dei israel. Eluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue ⁊ infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabũt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbũ euangelizantibus virtute multa. Rex virtutũ dilecti dilecti: ⁊ speciei dom⁹ diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros penne columbe deargentate: ⁊ posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit celestis reges sup̱ eam niue dealbabuntur in selmon: mons dei mons pinguis. Mons coagulatus mõs pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos. Mons in quo beneplacitum ẽ deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finẽ. Currus dei decẽ milibus multiplex milia letantium: dominus in eis in synai in sancto. Ascendisti in altũ: cepisti captiuitatẽ: accepisti dona i hominibus. Etenim non credẽtes: inhabitare dominũ deum. Diuisio psalmi.

38

Benedictꝰ dñs die q̊tidie: ꝓsperum
iter faciet nob̄ deus salutariũ nr̄o
rum. Deus nr̄ deꝰ saluos faciẽdi: ⁊ dñi
dñi exitus mortis. Veruntñ deus con-
fringet capita inimicoꝝ suoꝝ: verticez
capilli ꝑambulantiũ in delictꝭ suis. Dix
it dñs ex basan ꝯuertam: ꝯuertã in pro
fundũ maris. Ut intinguat̄ pes tuus in
sanguine: lingua canũ tuoꝝ ex inimicis
ab ipso. Viderũt ingressus tuos deus:
ingressus dei mei regꝭ mei qui ẽ in sctõ.
Preuenerũt principes ꝯiuncti psallẽti
bus: in medio iuuenculaꝝ tympanistri
arũ. In ecclesijs bñdicite deo dño: de
fontibus israel. Ibi beniamin adolescẽ
tulus: in mentis excessu. Principes iu-
da duces eoꝝ: principes zabulon prin-
cipes neptalim. Manda deꝰ virtuti tue.
confirma deus hoc quod operatus es
in nobis. A templo tuo in hierl̄m: tibi
offerẽt reges munera. Increpa feras
arundinis: cõgregatio thauroꝝ in vac
cis ꝑpl̄orum: vt excludant eos qui ꝓba-
ti sunt argento. Dissipa gentes que bela

feria IV. bendic: doceat nos dominus
terrenna despicere ⁊ et amare
Celestia ∴ amen

volumt venient legati ex egypto :

Fo. L

ethiopia preueniet man⁹ eius deo. Reg
na terre cantate deo: psallite dño. Psal
lite deo: q̄ ascendit sup celum celi ad ori
entē. Ecce dabit voci sue vocē virtut⁹:
date gloriam deo sup israel: magnificē
tia eius ⁊ virtus eius in nubibus. Mira
rabilis deus in sanctis suis: deus israel
ipse dabit virtutem ⁊ fortitudinem ple
bi sue: benedictus deus. Antiphona.

℣. Be-
nedici-

In ecclesijs benedicite domio. te gen-
tes deū nr̄m. ℟. Et auditā facite vocez

Diligite iu Lcō breu⁹ i estate. (laud⁹
sticiā: q̄ iudicat⁹ t̄rā. Sētite de dño
i bonitate: ⁊ in simplicitate cordis que-

rite illum, quoniam invenitur
ab his qui non tentant illum.
apparet autem eis qui fidem
habent in illum) ℣ Manda deus
virtuti tue

℣ ~~Manda deus virtuti tue~~ :
℟ confirma hoc deus hoc quod ope
ratus es in nobis
℟ Mirabilis deus :: in sanctis suis ::
℣ ipse dabit virtutem et fortitudinem
plebi sue

39

In.ij noct. anti. Alleluia. Euouae. In lxx. an̄ Querite dn̄z ps̄.lxviij.

SAluū me fac deus: qm̄ intrauerūt aque vsqꝫ ad aniaꝫ meā. Euouae. Infixus sum in limo ꝓfundi: ⁊ nō ē substantia. Veni in altitudinē maris: ⁊ tēpestas demersit me. Laboraui clamās rauce facte sunt fauces mee: defecerūt oculi mei dum spero in deū meū. Multiplicati sunt sup̄ capillos capitis mei: q̄ oderunt me gratis. Confortati sunt q̄ ꝑsecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exoluebam. Deꝰ tu scis insipientiā meam: ⁊ delicta mea a te nō sunt abscondita. Non erubescant ī me qui expectant te dn̄e: dn̄e virtutū. Non ꝯfundantur sup̄ me: qui q̄runt te deus israel. Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciē meaꝫ. Extraneus factus sum fratribus meis: ⁊ peregrinus filijs matrꝭ mee. Qm̄ zelus domus tue comedit me: ⁊ opprobria exprobrantium tibi ceciderunt su-

per me. Et operui in ieiunio aiam meam:
et factum est in opprobriũ mihi. Et po-
sui vestimentũ meũ ciliciũ: et factus sum
illis in parabolam. Adversum me loq-
bantur qui sedebant in porta: et in me
psallebant qui bibebant vinũ. Ego vero
orõnem meã ad te dñe: tempus bene-
placiti deus. In multitudine misericor
die tue exaudi me in veritate salutis tue.
Eripe me de luto vt non infigar: libera
me ab his qui oderunt me et de pfundis
aquarũ. Non me demergat tempestas
aque: neq; absorbeat me pfundũ: neq;
vrgeat sup me puteus os suũ. Diui. pſ.
Exaudi me dñe qm̃ benigna est mi
sericordia tua: ꝓm multitudinẽ mi
serationũ tuarũ respice i me. Et ne auer
tas faciem tuam a puero tuo: qm̃ tribu
lor velociter exaudi me. Intende anie
mee et libera eam: ꝓpter inimicos meos
eripe me. Tu scis improperium meũ et
ꝛfusionẽ meam: et reuerentiam meam.
In ꝛspectu tuo sunt omnes qui tribu-
lant me: improperiũ expectauit cor me
um et miseriam. Et sustinui qui simul cõ-

tristaretur et non fuit: et qui consolare
tur et non inueni. Et dederunt in escaz
meam fel: ⁊ in siti mea potauerunt me
aceto. Fiat mēsa eoꝝ coram ipis in la-
queū: ⁊ in retributiones ⁊ in scandalū.
Obscurent oculi eorum ne videant: et
dorsum eorum semp incurua. Effunde
sup eos iram tuam: ⁊ furor ire tue com
prehendat eos. Fiat habitatio eoꝝ de
serta: ⁊ in tabernaculis eoꝝ non sit qui
inhabitet. Qm quē tu pcussisti psecuti
sunt: ⁊ sup dolorem vulnerum meorum
addiderūt. Appone iniquitatē sup iniqui
tatē eoꝝ: ⁊ nō intrent in iusticiā tuā. De
leant de libro viuentiū: ⁊ cū iust nō scri
bant. Ego suz paup ⁊ dolēs: salꝰ tua de
us suscepit me. Laudabo nomē dei cū
cātico: ⁊ magnificabo eum ī laude. Et
placebit deo sup vitulū nouellū: cornua
pducentē ⁊ vngulas. Videāt paupes ⁊
letent: querite deū ⁊ viuet aia vra. Qm
exaudiuit paupes dominus: ⁊ vinctos
suos non despexit. Laudent illum celi
⁊ terra: mare et omnia reptilia in eis.
Qm deus saluā faciet sion: ⁊ edificabū

tur ciuitates iude. Et inhabitabũt ibi: & hereditate acquirẽt eaz. Et semẽ ser uoz eius possidebit eã: & qui diligũt no men eius habitabunt in ea.



Querite dominũ & viuet anima vestra.

Dñe deus. ps. Ipsum. Euouae.

Deus in adiutoriũ meũ intẽ de: dñe adiuuãdũ me festina. Con fundant & reuereant: q̃ querũt aiaz me am. Auertant retrorsuz & erubescãt: q̃ volũt mihi mala. Auertant statim eru bescẽtes: q̃ dicũt mihi euge euge. Exul tẽt & letẽtur in te oẽs qui querunt te: & dicant semp magnificetur dñs qui dili gunt salutare tuum. Ego vero egenus & pauper sum: deus adiuua me. Adiu tor meus et liberator meus es tu: do mine ne moreris. Psalmus. lxx.

In te dñe speraui non cõfundar in eternũ: in iusticia tua libera me et eripe me Inclina ad me aurem tuam: &

salua me. Esto mihi in deũ ꝓtectorẽ et
in locũ munitũ: vt saluũ me facias. Qm̃
firmamẽtũ meũ: ⁊ refugiuz meũ es tu.
Deus me⁹ eripe me de manu pctõr: et
de manu cõtra legẽ agẽtis ⁊ iniq. Qm̃
tu es pacientia mea dñe: dñe spes mea
a iuuẽtute mea. In te ꝯfirmat⁹ sum ex
vtero: de ventre matris mee tu es ꝓte
ctor meus. In te cãtatio mea semper:
tanq̃z ꝑdigiũ factus sum multis ⁊ tu ad
iutor fortis. Repleatur os meũ laude: vt
cantem gloriã tuam tota die magnitu-
dinẽ tuã. Ne ꝓijcias me in tpe senectu-
tis: cũ deficiet virt⁹ mea ne dꝛelinq̃s me.
Qꝛ dixerũt inimici mei mihi: ⁊ q̃ custo-
diebãt aiaz meã: ꝯsiliũ fecerũt in vnũ. Di
cẽtes de⁹ dꝛeliqt eũ: ꝑsequimi ⁊ ꝯprehẽ
dite eũ: qꝛ nõ est q̃ eripiat. Deus ne elõ
geris a me: de⁹ me⁹ i auxiliũ meũ respice.
Confundantur ⁊ deficiant detrahen-
tes anime mee: operiantur confusio-
ne et pudore qui querunt mala mihi.
Ego autem semper sperabo: et adijci-
am super omnem laudem tuam. Os
meũ annunciabit iusticiam tuam: tota

die salutare tuũ. Cm̃ nõ cognoui lr̃atu-
rã: ĩtroibo ĩ potẽtias dñi: dñe mẽorabor
iusticie tue soli⁹. Deꝰ docuisti me a iuuẽ
tute mea ⁊ vsq̃ nũc: pronunciabo mira
bilia tua. Et vsq̃ in senectã ⁊ seniũ: deꝰ
ne derelinq̃s me. Donec annunciẽ bra
chiũ tuũ: generationi om̃i q̃ vẽtura est.
Potẽtiã tuã et iusticiam tuaꝫ deꝰ vsq̃ ĩ
altissima q̃ fecisti magnalia: deꝰ q̃s sil̃is
tibi. Quãtas ostẽdisti mihi tribulatões
multas ⁊ malas: ⁊ cõuersus viuificasti
me: ⁊ de abyssis t̃re iterũ reduxisti me.
Multiplicasti magnificẽtiã tuã: ⁊ cõuer
sus ꝯsolatus es me. Nã ⁊ ego ꝯfitebor
tibi ĩ vasis psalmi veritatẽ tuã deꝰ: psal
lam tibi in cithara sctũs israel. Exulta-
bunt labia mea cum cantauero tibi: et
ania mea quã redemisti. Sed et lingua
mea tota die meditabitur iusticiam tu-
am: cum confusi et reue
riti fuerint qui querunt
mala mihi. Antiphona. Dñe deꝰ ĩ adiu

toriũ meũ ĩtẽde. Quã bonꝰ. Euouae.

Deus iudiciũ tuũ regi da: Ps̃. lxxj.
⁊ iusticiã tuã filio regis. Iudicare
ꝓpl'm tuũ in iusticia: ⁊ paupes tuos ĩ iu-
dicio. Suscipiant montes pacem ꝓpl'o:
⁊ colles iusticiam. Iudicabit paupes
populi ⁊ saluos faciet filios pauperꝝ: et
humiliabit calũniatorez. Et ꝑmanebit
cũ sole ⁊ ante lunã: in generationẽ ⁊ ge
nerationẽ. Descendet sicut pluuia ĩ vel
lus: ⁊ sicut stillicidia stillãtia suꝑ terraz.
Orietur in diebus eius iusticia ⁊ abun-
dãtia pacis: donec auferatur luna. Et
dñabitur a mari vsqꝫ ad mare: et a flu-
mine vsqꝫ ad terminos orbis terraruz.
Coram illo procident ethiopes: ⁊ ini-
mici eius terram lingent. Reges thar-
sis ⁊ insule munera offerent: reges ara
bum ⁊ saba dona adducent. Et adora-
bunt eum omnes reges: om̃es gentes
seruient ei. Quia liberabit pauperem a
potente: ⁊ pauperem cui non erat adiu
tor. Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ aĩas pau
perum saluas faciet. Ex vsuris ⁊ iniq̃-
tate redimet animas eorum: ⁊ honora
bile nomen eorum coram illo. Et viuet

⁊ dabitur ei d̄ auro arabie: ⁊ adorabūt de ipso sp̄: tota die benedicēt ei. Erit firmamētum in terra in summis montiū: supextolletur sup̄ libanuz fructus eius: ⁊ florebunt de ciuitate sicut fenū terre. Sit nomē eius bn̄dictum in secula: ante solē p̄manet nomē eius. Et bn̄dicentur in ipso om̄es tribus terre: oēs gentes magnificabunt eum. Benedict⁹ dominus deus israel: q̄ facit mirabilia solus. Et benedictū nomē maiestatis eius in eternū: ⁊ replebitur maiestate ei⁹ omnis terra fiat fiat. Psalmus.lxxij.

Quā bon⁹ israel de⁹: his q̄ recto sūt corde. Mei aūt pene moti sunt pedes: pene effusi st̄ gressus mei. Qr zelaui sup̄ iniq̄s: pacē pc tōꝝ vidēs. Qr nō ē respect⁹ morti eoꝝ: ⁊ firmamētū i plaga eoꝝ. In labore hominum nō sunt: ⁊ cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos sup̄bia: operti sunt iniquitate ⁊ impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierūt in affectum cordis. Cogitauerunt ⁊ locuti sunt nequitiam: iniquitatem in

excelso locuti sunt. Posuerũt in celũ os
suum: ⁊ lingua eorũ transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic:
⁊ dies pleni inuenientur in eis. Et dixe
runt quomodo scit deus: ⁊ si est sciẽtia
in excelso. Ecce ipsi peccatores ⁊ abũ-
dantes in seculo: obtinuerunt diuitias.
Et dixi ergo sine causa iustificaui cor
meum: ⁊ laui inter innocentes manus
meas. Et fui flagellatus tota die: et ca-
stigatio mea in matutinis. Si dicebam
narrabo sic: ecce nationem filiorum tu-
orum reprobaui. Existimabam vt cog
noscerem: hoc labor est ante me. Dõec
intrem in sanctuariũ dei: ⁊ intelligaz in
nouissimis eorum. Veruntamẽ propt
dolos posuisti eis: deiecisti eos dum al
leuarentur. Quomodo facti sunt in de-
solationem: subito defecerunt periẽt
propter iniquitatem suam. Velut som-
nium surgentiũ: domine in ciuitate tua
imaginem ipsorum ad nihilũ rediges.
Quia inflammatũ est cor meũ: ⁊ renes
mei commutati sunt: ⁊ ego ad nihilum
redactus sum ⁊ nesciui. Et iumentũ fa

ctus sum apud te: ⁊ ego semp̄ tecū. Te
nuisti manū dexteram meā: ⁊ in volun-
tate tua deduxisti me: ⁊ cū gloria susce-
pisti me. Quid em̄ mihi est in celo: et a
te quid volui sup̄ terram. Defecit caro
mea ⁊ cor meū: deus cordis mei ⁊ pars
mea deus in eternū. Quia ecce qui elō-
gant se a te peribunt: p̄didisti oēs q̄ for-
nicātur abs te. Mihi aūt adherere deo
bonum est: ponere in domino deo spē
meam. Ut annunciē omnes p̄dicatōes
tuas: in portis filie syon. Antiphona.

Tenuisti dñe manū dexteram meā

Quā bonus israel deus. añ. Alleluia al-
Lap̄. Vigilate. fo. .v. Gau-
debunt labia mea dum cantaue-
leluia ro tibi. R̄. Et anima mea quā re
demisti d ñe. Orō. Tua nos dñe. fo. .
Ad lau
des an
tipho. Amplius laua me domine ab in

In sanctitate serviamus Domino, et liberabit nos ab inimicis nostris

iusticia mea. ps̄. Miserere mei. Euouae.

añ. A timore inimici eripe dñe animaz

meam. ps. Exaudi de⁹ o. Euouae. ā. Te

decet hymnus deus in syon. ps. Ipm.

Euouae. añ. Dominus iudicabit fines

terre. Lañ. Exultauit. Euouae. anti. Le-

li celorũ laudate deum. ps. Laudate do

Lapim Nox

pcessit. fo.

minum de celis. Euouae. Responsori.

Exaudi nos deus salutaris noster. ver.

Spes omnium finium terre et in mari
Hymnus. Splendor paterne.
ver. Repleti sumus mane. vtſ.
longe. fo. .Ad benedi. antiphõa.

Erexit dominus nobis cornu salutis in

domo dauid pueri sui. Lañ. Benedic-
Feria quinta
ad matutinũ
tus. Euouae. inuitatorium. Adoremus

dominum. Quoniam ipe fecit nos. pſ.
Hym. Eterne
rex conditor.
Venite. In.j.noct.añ. Liberasti virgã.

T pſ.lxxiij.
qd de repuli
sti i finẽ: ira- pſ. Vt qd. Euoua.
tẽ furor tu sup oues pascue tue. Deor

esto congregationis tue: quam possedi
sti ab initio. Redemisti virgam heredi
tatis tue: mons syon in quo habitasti i
eo. Leua manus tuas in supbias eorũ
in finẽ: quanta malignatus est inimic⁹ i
sancto. Et gloriati sunt qui oderunt te:
i medio solẽnitat⁷ tue. Posuerũt signa su
a signa ⁊ nõ cognouerũt: sicut in exitu
sup summũ. Quasi in silua lignorum se
curibus exciderunt ianuas eius in id
ipsum: in securi ⁊ ascia deiecerunt eam.
Incẽderũt igni sanctuarium tuũ in ter
ra: polluerunt tabernaculum nominis
tui. Dixerunt in corde suo cognatio eo
rum simul: quiescere faciamus oẽs di
es festos dei a terra. Signa nostra nõ
vidimus: iam non est propheta: et nos
non cognoscet amplius. Usquequo de
us improperabit inimic⁹: irritat aduer
sarius nomẽ tuũ in finẽ. Et quid auer
tis manũ tuam: ⁊ dexteram tuã de me
dio sinu tuo in finẽ. Deus aũt rex nr̃ an
te secula: operat⁹ est salutẽ in medio ter
re. Tu confirmasti in virtute tua mare:
contribulasti capita draconum in aq̃s.

Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eum escam populis ethiopũ. Tu dirupisti fontes ⁊ torrẽtes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus ẽ dies ⁊ tua est nox: tu fabricatus es aurorã ⁊ solẽ. Tu fecisti oẽs termios terre: estatẽ ⁊ ver tu plasmasti ea. Memor esto hui⁹ iimicus imꝓperauit dño: ⁊ ꝓpl's insipiens incitauit nomẽ tuũ. Ne tradas bestijs aias ꝯfitente tibi: ⁊ aias pauperꝝ tuoꝝ ne obliuiscar⁊ in finẽ. Respice in testamẽtũ tuum: qꝛ repleti sunt q̇ obscurati sunt terre domib⁹ iniquitatũ. Ne auertat̃ humilis factus ꝯfusus: pauꝑ ⁊ inops laudadabunt nomẽ tuũ. Exurge deus iudica cãm tuã: memor esto iꝓperioꝝ tuorũ eoꝝ q̃ ab insipiẽte st̃ tota die. Ne obliuiscar⁊ voces inimicoꝝ tuoꝝ: suꝑbia eoꝝ q̇ te oderũt ascẽdit semꝑ. Psal. lxxiiij.

Confitebimur tibi de⁹ ꝯfitebimur ⁊ inuocabimus nomen tuuz. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Lique facta est terra et omnes qui habitant in ea: ego confirmaui colũnas ei⁹. Dixi

iniquis nolite inique agere: ⁊ delinquē
tibus nolite exaltare cornu. Nolite ex-
tollere in altū cornu vrm: nolite loq̄ ad-
uersus deū iniquitatē. Qr neqz ab orie-
te neqz ab occidente neqz a deserto mō-
tibus: qm̄ deus iudex est. Hunc humili
at ⁊ hunc exaltat: qr calix in manu dñi
vini meri plenus mixto. Et incliauit ex
hoc in hoc: veruntamē fex eius non est
exinanita: bibent omnes pctōres terre.
Ego aūt annunciabo in sclm: cantabo
deo iacob. Et omnia cornua pctōrūz cō
fringam: ⁊ exaltabūtur cornua iusti. ā.



Fe. vj.
ad lau.
psalm⁹
.lxxv.

Liberasti virgā hereditatis tue.
Notus in iudea deus: in isra-
el magnū nomē eius. Et fact⁹ est
in pace locus eius: ⁊ habitatio ei⁹ in sy-
on. Ibi confregit potentias arcuū: scu
tū ⁊ gladiū ⁊ bellum. Illuminās tu mi-
rabiliter a montibus eternis: turbati st
omnes insipiētes corde. Dormierūt som-
nū suū: ⁊ nihil iuenerūt oēs viri diuitiarz
in manibus suis. Ab increpatione tua

deus iacob: dormitauerũt q̃ ascẽderunt
equos. Tu terribilis es ⁊ quis resistet
tibi: extunc ira tua. De celo auditũ feci
sti iudiciũ: terra tremuit ⁊ quieuit. Cum
exurgeret in iudiciũ deus: vt saluos fa-
ceret oẽs mansuetos terre. Qm̃ cogita
tio hois ꝯfitebitur tibi: ⁊ reliquie cogi-
tationis diẽ festũ agent tibi. Vouete et
reddite dño deo vestro: oẽs q̃ in circui-
tu eius affertis munera. Terribili et ei
qui aufert spiritũ
principũ: terribili
apd̃ reges tre. ã. Tu es de⁹. Euouae.

Voce mea ad dñm clamaui: ps̃. lxxvj.
voce mea ad deũ ⁊ itẽdit mi. In die
tribulatõis mee deũ exq̃siui manib⁹ me
is nocte ꝯ eũ: ⁊ nõ suz decept⁹. Renuit
ꝯsolari ania mea: memor fui dei ⁊ dele-
ctat⁹ sum ⁊ exercitat⁹ sum: ⁊ defecit spi
ritus me⁹. Anticipauerũt vigilias ocu
li mei: turbat⁹ sum ⁊ nõ sum locut⁹. Co
gitaui dies antiq̃s: ⁊ annos eternos in
mẽte habui. Et meditat⁹ sum nocte cũ
corde meo: ⁊ exẽcitabar ⁊ scopebã spm̃
meũ. Nunquid in eternũ pũciet deus:

aut non apponet vt complacitior sit ad
huc. Aut in finē miscdiaz suā abscidet:
a generatione in generationē. Aut ob
liuiscetur misereri deus: aut continebit
in ira sua miscdias suas. Et dixi nūc ce
pi: hec mutatio dextere excelsi. Memor
fui operum dñi: quia memor ero ab ini
cio mirabiliū tuoꝝ. Et meditabor in oī
bus opibus tuis: ⁊ in adinuentionibus
tuis exercebor. Deus in sancto via tua:
quis deus magnus sicut deus nr̄: tu es
deus qui facis mirabilia. Notaz fecisti
in populis virtutē tuaz: redemisti i bra
chio tuo populum tuum filios iacob ⁊
ioseph. Viderunt te aque deus: vide-
runt te aque ⁊ timuerunt: ⁊ turbate sūt
abyssi. Multitudo sonitus aquarum:
vocem dederunt nubes. Etenim sagit
te tue transeunt: vox tonitrui tui in ro-
ta. Illuxerunt coruscationes tue orbi
terre: commota est et contremuit ter-
ra. In mari via tua et semite tue in a-
quis multis et vestigia tua non cogno-
scentur. Deduxisti sicut oues populum
tuum: in manu moysi ⁊ aaron. Antiph.

Tu es deus qui facis mirabilia an̄. In

ATtē- ps̄. lxxvij.
dite popule meꝰ
legem meā: inclinate clinate. Euouae.
aurē vestram in verba oris mei. Aperi
az in parabolis os meū: loquar ꝓpositi
ones ab initio. Quanta audiuimꝰ ⁊ cog
nouimus ea: ⁊ p̄res nr̄i narrauerūt no-
bis. Non sunt occultata a filijs eoꝝ: in
generatione altera. Narrātes laudes
domi ⁊ virtutes eiꝰ: ⁊ mirabilia eiꝰ que
fecit. Et suscitauit testimoniū in iacob:
⁊ legem posuit in israel. Quanta man-
dauit patribus nostris nota facere ea
filijs suis: vt cognoscat generatio alte-
ra. Filij qui nascent̄ ⁊ exurgent: enar-
rabunt filijs suis. Et ponant in deo spē
suam: ⁊ non obliuiscantur operum dei:
⁊ mandata eius exquirant. Ne fiant si-
cut patres eorum: generatio praua et
exasperans. Generatio que non dire-
xit cor suum: ⁊ non est creditus cuz deo
spiritus eius. Filij ephrem intēdentes

ꝛ mittentes arcum: conuersi sunt in die
belli. Non custodierunt testamētū dei:
ꝛ in lege eius noluerunt ambulare. Et
obliti sunt benefactoꝝ eius: ꝛ mirabiliū
ei⁹ q̄ oñdit eis. Coꝛā p̄ꝛib⁹ eoꝝ fecit mi-
rabilia ī t̄ra egypti: ī cāpo thaneos. In
terrupit mare ꝛ perduxit eos: ꝛ statuit
aquas quasi in vtrē. Et deduxit eos in
nube diei: ꝛ tota nocte in illuminatione
ign⁹. Interrupit petrā ī heremo: ꝛ ada
q̄uit eos velut in abysso multa. Et edu
xit aquam de petra: ꝛ deduxit tanq̄ꝫ flu
mina aquas. Et apposuerūt adhuc pec
care ei: in iram excitauerunt excelsuꝫ in
inaquoso. Et tep̄tauerunt deum in coꝛ
dibus suis: vt peterent escas animab⁹
suis. Et male locuti sunt de deo: dixer̄t
nunquid poterit deus parare mensam
in deserto. Qm̄ percussit petram ꝛ flu-
xerunt aque: ꝛ toꝛrentes inundauer̄t.
Nunquid ꝛ panē poterit dare: aut pa-
rare mēsam ꝓpl'o suo. Ideo audiuit do
minus ꝛ distulit: ꝛ ignis accensus est in
iacob ꝛ ira ascendit in israel. Quia non
crediderunt in deo: nec sperauerunt in
salutari eius. Et mādauit nubibus d̄su

per: ⁊ ianuas celi aperuit. Et pluit illis manna ad manducandū: ⁊ panē celi dedit eis. Panē angeloꝝ māducauit homo: cibaria misit eis in abūdantiā. Trā stulit austrū de celo: ⁊ induxit in virtute sua affricum. Et pluit sup̄ eos sicut puluerem carnes: ⁊ sicut arenā maris volatilia pennata. Et ceciderūt in medio castroꝝ eoꝝ: circa tabernacula eorum. Et manducauerunt ⁊ saturati sunt nimis: ⁊ desideriū eoꝝ attulit eis: nō sunt fraudati a d̄siderio suo. Adhuc esce eorum erant in ore ipsoꝝ: ⁊ ira dei ascendit sup̄ eos. Et occidit pingues eorū: ⁊ electos israel impediuit. In om̄ib⁹ his peccauerūt adhuc: ⁊ non crediderūt in mirabilibus eius. Et defecerūt in vanitate dies eoꝝ: ⁊ anni eoꝝ cum festinatione. Cum occideret eos querebāt eū: ⁊ reuertebant̄ ⁊ diluc̄lo veniebāt ad eū Et remēorati st̄ q: de⁹ adiutor ē eoꝝ: ⁊ de⁹ excelsus redēptor eoꝝ ē. Diuis. psa.

Et dilexerunt eum in ore suo: ⁊ lingua sua mentiti sunt ei. Cor autez eorum non erat rectū cū eo: nec fideles

habiti sunt i testamēto eius. Ipse autē
est misericors ⁊ propitius fiet peccatis
eorum: ⁊ non disperdet eos. Et abūda
uit vt auerteret iram suam; ⁊ non accē
dit oēm iram suam. Et recordatus est
quia caro sunt: spiritus vadens et non
rediens. Quotiens exacerbauerunt eū
in deserto: in iram concitauerunt eū in
inaquoso. Et conuersi sunt ⁊ tentaue-
runt deum: ⁊ sanctū israel exacerbaue-
runt. Non sunt recordati manus eius:
die qua redemit eos de manu tribulan
tis. Sicut posuit in egypto signa sua: ⁊
prodigia sua in campo thaneos. Et cō
uertit in sanguinem flumina eorū: ⁊ im
bres eorum ne biberent. Misit in eos cy
nomiam ⁊ comedit eos: ⁊ ranam ⁊ di-
sperdidit eos. Et dedit erugini fructꝰ
eorum: ⁊ labores eorum locuste. Et oc
cidit in grandine vineas eorum: ⁊ mo-
ros eorum in pruina. Et tradidit gran
dini iumēta eorum: ⁊ possessionē eorum
igni. Misit in eos iram indignatōis sue:
indignationem ⁊ iram ⁊ tribulationem:
imissionē per angelos malos. Viam fe

cit semite ire sue: non pepercit a morte
animaꝫ eorum: ⁊ iumenta eoꝫ in mor-
te conclusit. Et pcussit omne primogeni
tum in terra egypti: primitias omnis la-
boris eorum in tabernaculis cham. Et
abstulit sicut oues ppl'm suū: ⁊ perduxit
eos tanq̃ gregem in deserto. Et dedu
xit eos in spe ⁊ non timuerunt: ⁊ inimi-
cos eoruz operuit mare. Et iduxit eos
in montē sanctificationis sue: mōtē quē
acquisiuit dextera eius. Et eiecit a fa-
cie eoꝫ gētes: ⁊ sorte diuisit eis terram
in funiculo distributionis. Et habitare
fecit in tabernaculis eorum: trib⁹ israel.
Et tentauerunt ⁊ exacerbauerunt deū
excelsum: ⁊ testimonia eius non custo-
dierunt. Et auerterunt se ⁊ non serua-
uerunt pactuz: quēadmodū patres eo
rum conuersi sunt in arcuz prauū. In irā
concitauerunt eum in collibus suis: et
in sculptilibus suis ad emulationē eum
puocauerunt. Audiuit deus ⁊ spreuit:
⁊ ad nihilū redegit valde israel. Et r̃pu
lit tabernaculū sylo: tabernaculū suum
vbi habitauit in hoib⁹. Et tradidit ca-

ptiuitatē virtutē eoꝝ: ⁊ pulchritudinez
eoꝝ in manꝰ inimici. Et ꝯclusit i gladio
ꝑplm suū: ⁊ hereditatē suā spreuit. Iu-
uenes eoꝝ comedit ignis: ⁊ virgies eo
rū nō sunt lamētate. Sacerdotes eoꝝ i
gladio ceciderūt: ⁊ vidue eoꝝ nō plora
bant. Et excitatꝰ est tāq̄ dormiēs dn̄s:
tāq̄ potēs crapulatꝰ a vino. Et ꝑcussit
inimicos suos i posteriora: opprobriuz
sempitnū dedit illꝫ. Et repulit taberna
culū ioseph: ⁊ tribū ephraim nō elegit.
Sed elegit tribū iuda: mōtē syō quē di-
lexit. Et edificauit sicut vnicorniū sctifi
ciū suū: i terra quā fundauit in secla. Et
elegit dauid ꝑuū suū: ⁊ sustulit eū de gre
gibꝰ ouiū: d post fetātes accepit eū. Pa
scere iacob ꝑuū suū: ⁊ israel hereditatē
suā. Et pauit eos i inocētia cordis sui: ⁊
i itellectibꝰ manuū suaꝝ deduxit eos. ā.

Inclinate aurem vestrā in verba oris
mei. añ. Propiciꝰ esto: Euouae. Psal. lxxviij.

Deus venerũt gẽtes in hereditatem
tuã: polluerũt templũ sanctũ tuum:
tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera
Et dixi forsitan tene- Diuisio (tua.
bre conculcabunt me: ⁊ nox illumi
natio mea in delicijs meis. Quia tene-
bre non obscurabuntur a te: ⁊ nox sicut
dies illuminabitur: sicut tenebre ei' ita
⁊ lumē ei'. Quia tu possedisti renes me
os: suscepisti me de vtero matris mee.
Confitebor tibi qr terribiliter magnifi
catus es: mirabilia opera tua: ⁊ anima
mea cognoscet nimis. Non est occulta
tū os meū a te qd̄ fecisti in occulto: ⁊ sb̄
stantia mea in inferiorib' terre. Im-
fectum meum viderunt oculi tui: et in
libro tuo omnes scribent: dies forma-
buntur ⁊ nemo in eis. Mihi autē nimis
honorificati sunt amici tui deus: nimis
confortatus est principatus eorum. Di-
numerabo eos et super arenam multi-
plicabuntur: exurrexi et adhuc sum te-
cum. Si occideris deus peccatores: vi
ri sanguinum declinate a me. Quia di
citis in cogitatiōe: accipiāt in vanitate

ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine oderaz: ⁊ super inimicos tuos tabescebaz. Perfecto odio oderã illos: inimici facti sunt mihi. Proba me deus ⁊ scito cor meũ: interroga me ⁊ cognosce semitas meas. Et vide si via iniq̇tatꝫ in me est: ⁊ deduc me ĩ via eterna. añ.



Domine probasti me ⁊ cognouisti me.

ps̃. cxxxix.

Eripe me do añ. A viro iniquo. Euouae. mine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates ĩ corde: tota die ꝯstituebant prelia. Acuerunt linguam suaz sicut serpentes: venenũ aspidum sub labijs eorũ. Custodi me dñe de manu peccatoris: ⁊ ab hoibus iniquis eripe me. Qui cogitauerũt supplantare gressus meos: absconderẽt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueũ: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi dño deus meꝰ es



tu: exaudi dñe vocē deprecatiōis mee.
Dñe dñe virtus salutis mee: obumbra
sti super caput meum in die belli. Con
tradas me dñe a desiderio meo peccato
ri: cogitauerunt contra me: ne dereli
quas me ne forte exaltent. Caput cir
cuitus eorum: labor labiorum ipōrū ope
riet eos. Cadent super eos carbones: i
ignem deijcies eos: in miserijs non sub
sistent. Vir linguosus non dirigetur in
terra: virū iniustū mala capient in inte
ritu. Cognoui quia faciet dominus iu
dicium inopis: et vindictam pauperū.
Veruntamen iusti confitebuntur no
mini tuo: ⁊ habitabunt recti cum vultu
tuo. Gloria patri ⁊ filio: ⁊. Antiphona.



A viro iniquo libera me domine. ā. Do
Psalmus. c.xl.

Domie cla
maui ad te mie clamaui. Euouae.
exaudi me: intende voci mee dum cla
mauero ad te. Dirigatur oratio mea si



cut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone domine custodiam ori meo: et ostium circumstantie labijs meis. Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem: et non communicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te domine domine oculi mei: in te speraui non auferas animam meam. Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi: et a scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam. Gloria patri ⁊ filio; ⁊ spir. Antiphona.



Domine clamaui ad te et exaudi me.
Lap̄. Rx. ⁊ v̄. vtš feria.ij. Ad mg̃t añ̄a.



Deposuit potentes de sede et exalta-
uit hũiles. Lañ. Magnificat. Euouae.
Fer. vj. ad vespas añ̄. Portio mea domine sit in terra viventium

Portio mea domine. Euouae.
Voce mea ad dñz clama- ps̄.cxlj.
ui: voce mea ad dñm deprecat⁹
sum. Effundo in conspectu eius
or̄onem meã: ⁊ tribulationẽ meam an-
te ip̄m pronuncio. In deficiẽdo ex me
spm̄ meum: ⁊ tu cognouisti semitas me
as. In via hac qua ambulabã: abscõde
runt laqueũ mihi. Considerabã ad dex
teram ⁊ videbam: ⁊ non erat qui cog-
nosceret me. Perijt fuga a me: ⁊ nõ est
qui requirat aniam meaz. Clamaui ad
te dñe: dixi tu es spes mea: portio mea

in terra viuentiũ. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me. Educ de custodia aiaz meã ad ꝓfitendũ noi tuo: me expectãt iusti dõec retribuas mihi.



℟. Portio mea dñe sit in terra viuẽtiuz.

Sabbato ad laudes. Psalmus. cxlij.

Domine exaudi orionem meã: auribus percipe obsecrationẽ meã: in veritate tua exaudi me in tua iusticia. Et non intres in iudiciũ cuz seruo tuo: quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus aniam meã: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: ⁊ anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatũ est cor meum. Memor fui dierum antiquorum: meditatus suz in oñibus operibus tuis: in factis manuũ tuaꝝ meditabar. Expãdi manus meas ad te: aia mea sicut terra sine aqua tibi. Veloci-



Bene dictus Dominus deus meus

ter exaudi me dñe: defecit spūs meus.
Nō auertas faciē tuā a me: ⁊ similē ero
descendentibus in lacū. Auditā fac mi
hi mane misericordiā tuam: qr in te spe
raui. Notam fac mihi viam in qua am-
bulē: quia ad te leuaui animā meā. Eri
pe me de inimicis meis dñe ad te cōfu-
gi: doce me facere voluntatē tuā qr de-
us meus es tu. Spiritus tuus bonꝰ de
ducet me in terrā rectā: ppter nomē tu
um dñe viuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animā meā: et
in miscdia tua disperdes inimicos me-
os. Et perdes omnes qui tribulāt ani-
mā meā: qm̄ ego seruus tuus sum. añs.

Bene- ps̄.cxliij.
dictus domi-
nus deus meus q̄ Benedictꝰ. Euouae.
docet manus meas ad prelium: ⁊ digi
tos meos ad belluz. Misericordia mea
et refugium meum: susceptor meus et
liberator meus. Protector meus et in
ipso speraui: qui subdit populum me-
um sub me. Domine quid est homo qr
innotuisti ei: aut filius hominis quia

reputas eum. Homo vanitati similis
factus est: dies eius sicut vmbra prete
reunt. Domine inclina celos tuos & de
scende: tange montes et fumigabunt.
Fulgura coruscationem et dissipabis
eos: emitte sagittas tuas et conturba
bis eos. Emitte manum tuam de alto:
eripe me et libera me de aquis multis:
& de manu filiorum alienorum. Quo
rum os locutum est vanitatem: & dex
tera eorum dextera iniquitatis. Gloria
patri & filio: et spiritui sancto. Diuisio
Deus canticum nouum can- psalmi.
tabo tibi: in psalterio decachor
do psallam tibi. Qui das salutem regi
bus: qui redemisti dauid seruum tuum:
de gladio maligno eripe me. Et erue
me de manu filiorum alienorum: quo
rum os locutum est vanitatem: et dex
tera eorum dextera iniquitatis. Quo
rum filij sicut nouelle plantationes: in
iuuentute sua. Filie eorum ꝓposite: circũor
nate vt similitudo templi. Promptua
ria eorum plena: eructantia ex hoc in

illud. Oues eoꝝ fetose abundantes in egressibus suis: boues eoꝝ crasse. Non est ruina macerie: neqꝫ transitus neqꝫ clamor in plateis eoꝝ. Beatũ dixerunt populum cui hec sunt: beatus populus cuius dominus deus eius. Antiphõa.



Benedictꝰ dñs deus meus. ã. Per sin

Ex- ps̃. cxliiij.

Altabo te deꝰ meus rex: ⁊ bene- gulos dies. Euouae. dicam nomini tuo in seculũ ⁊ in seculuꝫ seculi. Per singulos dies benedicam tibi: ⁊ laudabo nomen tuũ in seculũ et in seculuꝫ seculi. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius nõ est finis. Generatio ⁊ generatio laudabit opera tua: ⁊ potentiam tuam ꝓnunciabunt. Magnificentiam glorie sanctitatis tue loquent̃: ⁊ mirabilia tua narrabũt. Et virtutẽ terribiliũ tuoꝝ dicẽt: ⁊ magnitudinẽ tuam narrabũt. Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt: ⁊ iusticia tua exultabũt. Misera-

tor ⁊ misericors dñs: patiens ⁊ multũ misericors. Suauis dominus vniuersis: et miserationes eius super omnia opera eius. Gloria patri ⁊. Antiphõa.



Custodit Dominus omnes diligentes se

Laptin. Ex. ⁊ ver.
vtš feria secũda
Ad mg̃t antiph. Suscepit isra el pu-

erum suũ recordatus domi nus mise-
Sabbo
advesp.
ricordie sue. Euouae. antiph. Regnuz
Diui
sio ps
tuũ. ps. Confiteantur ti. Euouae. almi.

Confiteant̃ tibi dñe om̃ia opera tua: ⁊ sancti tui bñdicãt tibi. Gloriã regni tui dicẽt: ⁊ potẽtiã tuã loquentur. Et notã faciãt filijs hoĩz potẽtiã tuã: ⁊ gl̃iam magnificentie regni tui. Regnũ tuũ regnũ oim seculorum: ⁊

dñatio tua in omni generatione ⁊ gene
ratione. Fidelis dñs in om̄ibus verb⁹
suis: ⁊ sctūs in om̄ibus op̄ibus suis. Al
leuat dñs om̄es qui corruunt: ⁊ erigit
om̄es elisos. Oculi om̄ium in te sperāt
dñe: ⁊ tu das escam illorū in tēpore op-
portuno. Aper⁹ tu manū tuā: ⁊ iples oē
aīal bñdictiōe. Iustus dñs i oibus vijs
suis: ⁊ sctūs in oībus operib⁹ suis. Pro
pe est dñs omnibus inuocantibus euz:
omnibus inuocantibus eum in verita-
te. Voluntatem timentiū se faciet: ⁊ de
precationē eoꝝ exaudiet: ⁊ saluos faci
et eos. Custodit dñs om̄es diligentes
se: ⁊ omnes peccatores disp̄det. Lau-
dationem domini loquetur os meuz: ⁊
benedicat omnis caro nomini sancto
eius in seculū ⁊ in seculum seculi. Glo-
ria patri ⁊ filio: ⁊ spirit. Antiphona.

Regnum tuum domine regnum omni

um seculorum. añ. Laudabo. Euouae.

Lauda anima mea dñm: psal. cxlv.
laudabo dñm in vita mea: psallam
deo meo q̃diu fuero. Nolite confide-
re in principibus: in filijs hoim in qui-
bus non est salus. Exibit spiritus eius
& reuertetur in terram suã: in illa die per
ibunt omnes cogitationes eorũ. Beat⁹
cuius deus iacob adiutor eius: spes ei-
us in dño deo ipsius: qui fecit celum et
terram mare & omnia que in eis sunt.
Qui custodit veritatẽ in seculũ: facit iu
dicium iniuriam patientibus dat escas
esurientibus. Dñs soluit compeditos:
dominus illuminat cecos. Dñs erigit
elisos: dñs diligit iustos. Dñs custodit
aduenas: pupillũ & viduã suscipiet: et
vias pctõꝝ dispdet. Regnabit dñs i se-
cula: de⁹ tu⁹ syõ i gñatõnẽ & gñatõnẽ. ã.



Laudabo deum meum in vita mea. añ.

Psalmus. cxlvj.

Laudate do
minum qm̃ deo nostro. Euouae.
bon⁹ est psalm⁹: deo nr̃o sit iocũda deco



laudabo deum meum in vita mea.

raqꝫ laudatio. Edificās hierl'm dñs: di
spersiões israelis ꝯgregabit. Qui sanat
ꝯtritos corde: ⁊ alligat ꝯtritiões eoꝝ.
Qui numerat multitudinē stellaꝝ: ⁊ oi-
bꝰ eis noia vocat. Magnꝰ dñs nr̄ ⁊ mag
na virtꝰ eiꝰ: ⁊ sapiētie eiꝰ nō est numerꝰ.
Suscipiēs mansuetos dñs: humilians
autē peccatores vsqꝫ ad terram. Preci
nite domino in confessione: psallite deo
nostro in cithara. Qui operit celum nu
bibus: et parat terre pluuiam. Qui pro
ducit in montibus fenum: et herbam
seruituti hominum. Qui dat iumentis
escam ipsorum: et pullis coruorum in-
uocantibus eum. Non in fortitudine e-
qui volūtatē habebit: nec ī tibijs viri bñ
placitū erit ei. Beneplacitū est domino
super timentes eum: et in eis qui spe-
rant super misericordia eius. Antiph.

Deo nr̄o iocunda sit laudatio. a. Bñdi

Lauda hierl'm ps̄.cxlvij.
dominū: lauda deuz tuū
syon. Qm̄ confortauit seras.

portarũ tuaꝝ: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquiũ suuz terre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuẽ sicut lanã: nebulã sicut cinerẽ spargit. Mittit crystallũ suã sicut buccellas: ante faciẽ frigoris eius quis sustinebit. Emittet verbũ suũ ⁊ liquefaciet ea: flabit spiritus eius ⁊ fluẽt aque. Qui annunciat verbũ suũ iacob: iusticias ⁊ iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi: ⁊ iudicia sua non manifestauit eis. Gloria patri ⁊ fil. Antipho. Lap̃. Benedict⁹ deus.

Benedixit filijs tuis in te. fo. .R.

Magnus domin⁹ noster ⁊ magna vir-



tus eius. ℣. Et sapientie eius nõ est nu



merus. Gloria patri et filio et spiritui



Lauda Jerusalem Dominum

ver. Eleuatio ma
nuũ mearũ dñe.
sancto. ℟. Magnus. ℟. Sacrificium
vespertinũ. Ad magnificat añ. que di-
cenda ꝯtingit. Quottidie ad laud̃. Ps̃.
(cxlviij.
Laudate dñm de celis: lau-
date eũ in excelsis. Laudate eum
om̃es angeli eius: laudate eũ om̃es vir
tutes eius. Laudate euz sol ⁊ luna: lau
date eũ oẽs stelle ⁊ lumẽ. Laudate euz
celi celorum: ⁊ aque que super celos sũt
laudent nomen dñi. Quia ipse dixit et
facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt.
Statuit ea in seculum ⁊ i seculuz seculi:
preceptũ posuit et non preteribit. Lau
date dñm de terra: dracones ⁊ omnes
abyssi. Ignis grando nix glacies spiri
tus procellarum: que faciunt verbum
eius. Montes et omnes colles: ligna
fructifera et omnes cedri. Bestie ⁊ vni
uersa pecora: serpentes et volucres pẽ
nate. Reges terre ⁊ omnes populi: p̃n
cipes ⁊ om̃es iudices terre. Iuuenes
et virgines senes cum iunioribus lau-
dent nomen domini: quia exaltatũ est

nomen eius solius. Confessio eius sup
celum ⁊ terram: ⁊ exaltabit cornu po-
puli sui. Ymnus omnibus sanctis eius:
filijs israel populo appropinquanti sibi.

Cantate domino canti- Ps. cxlix.
cũ nouũ: laus eius in ecclia sancto
rum. Letetur israel in eo qui fecit eum:
⁊ filie syon exultẽt in rege suo. Laudẽt
nomen eius in choro: in tympano ⁊ psal-
terio psallant ei. Quia beneplacitum est
dño in populo suo: et exaltabit mansue
tos in salutem. Exultabunt sancti i glo
ria: letabuntur in cubilibus suis. Exul-
tationes dei in gutture eorũ: ⁊ gladij an
cipites in manibus eorum. Ad facien-
dam vindictam in nationibus: increpa
tiones in populis. Ad alligãdos reges
eorũ in compedibus: ⁊ nobiles eorum in
manicis ferreis. Ut faciant in eis iudi-
ciũ conscriptum: gloria hec est omnibus
(sanctis eius.

Laudate do- Ps. cl.
minum in sanctis eius: laudate eũ
in firmamẽto virtutis eius. Laudate
eum in virtutibus eius: laudate eum
secundũ multitudinẽ magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tube: laudate eũ
in psalterio ⁊ cithara. Laudate eum in
tympano et choro: laudate eum in cho-
dis ⁊ organo. Laudate eũ in cymbalis
bene sonantibus: laudate eum in cym-
balis iubilationis: omnis spiritus lau-
det dñm. Fer. ij. ad lau. Lañ. Esaie. xij. ca.

Confitebor tibi dñe qm̃ irat⁹
es mihi: conuersus est furor
tuus ⁊ consolatus es me. Ecce
deus saluator meus: fiducia-
liter agam ⁊ non timebo. Quia fortitu-
do mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus est mi
hi in salutem. Haurietis aquas in gau-
dio de fontibus saluatoris: ⁊ dicetis in
illa die confitemini domino ⁊ inuocate
nomen eius. Notas facite in populis
adinuentiones eius: memẽtote qm̃ ex
celsum est nomen eius. Cantate domi
no qm̃ magnifice fecit: annũciate hoc
in vniuersa terra. Exulta ⁊ lauda habi
tatio syon: quia magnus in medio tui
sanctus israel. Fer. iij. ad laud. Lañ. eze
chie. Esaie. xxxviij.

Ego dixi: in di-
midio dierꝝ meorꝝ vadã ad portas

inferi. Quesiui residuũ annorũ meorũ:
dixi nõ videbo dominũ deũ in terra vi-
uentiũ. Non aspiciam hominẽ vltra: et
habitatorẽ quietis. Generatio mea ab
lata est ⁊ cõuoluta est a me: quasi taber
naculũ pastorũ. Precisa est velut a texẽ
te vita mea: dũ adhuc ordirer succidit
me: de mane vsqꝫ ad vesperã finies me.
Sperabam vsqꝫ ad mane: quasi leo sic
contriuit omnia ossa mea. De mane vsqꝫ
ad vesperã finies me: sicut pullus hirũ
dinis sic clamabo: meditabor vt colum
ba. Attenuati sunt oculi mei: suspicien-
tes in excelso. Domine vim patior spõ-
de pro me: quid dicam aut quid respon
debit mihi cum ipse fecerit. Recogita-
bo omnes annos meos: in amaritudine
anime mee. Dñe sic viuitur ⁊ in talibus
vita spũs mei corripies me et viuifica-
bis me: ecce in pace amaritudo mea a-
marissima. Tu aũt eruisti aiam meã vt
non periret: proiecisti post tergũ tuum
omnia peccata mea. Quia non infernus
cõfitebitur tibi neqꝫ mors laudabit te:
non expectabunt qui descendunt in la-

cum veritatē tuam. Viuens viuens ipe
confitebitur tibi sicut ⁊ ego hodie: pat
filijs notaz faciet veritatē tuā. Dñe salu
uū me fac: ⁊ psalmos nostros cantabi
mus cunctis dieb⁹ vite nostre in domo

Feria.iiij.ad laud. canticū Anne.j.
Exultauit coz meuz (Regū.ij.cap.
in dño: ⁊ exaltatū est cornu meū in
deo meo. Dilatatū est os meū sup inimi
cos meos: qz letata sum in salutari tuo.
Non est sanctus vt est dñs: neqz eñ est
alius extra te: ⁊ non est fortis sicut de⁹
noster. Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes. Recedāt vetera de oze
vestro: quia deus scientiarū dominus
est: ⁊ ipsi preparantur cogitatiōes. Ar
cus fortiū superatus est: ⁊ ifirmi accin
cti sunt roboze. Repleti prius pro pani
bus se locaueṛt: ⁊ famelici saturati sūt.
Donec sterilis peperit plurimos: et que
multos habebat filios infirmata est.
Dominus mortificat et viuificat: de
ducit ad inferos et reducit. Dominus
pauperem facit et ditat: humiliat et
subleuat. Suscitat de puluere egenuz:

ꝛ de stercore ~~eleuat~~ erigens pauperem. Ut sede-
at cū principibus: ꝛ soliū glorie teneat.
Dñi enim sunt cardines terre: ꝛ posuit
sup eos orbē. Pedes sanctoꝝ suoꝝ ser-
uabit: ꝛ impij in tenebris conticescent:
quia nō in fortitudine sua roborabitur
vir. Dñm formidabūt aduersarij eius:
ꝛ super ipsos in celis tonabit. Dñs iu-
dicabit fines terre: ꝛ dabit imperiū re-
gi suo: ꝛ sublimabit cornu christi sui. Fe
ria. v. ad laud. Canti. Moysi. Exodi. xv.

Cantemus dño gloriose em̄ ~~magni~~ ori-
ficatus est: equū ꝛ ascensorem de-
iecit in mare. Fortitudo mea et laus
mea dominus: ꝛ factus est mihi in salu
tem. Iste deus meus ꝛ glorificabo eū:
deus patris mei et exaltabo eum. Do-
minus quasi vir pugnator omnipotēs
nomen eius: currus pharaonis et ex-
ercitum eius proiecit in mare. Electi
principes eius submersi sunt in mari
rubro: abyssi operuerunt eos: descen
derunt in profundū quasi lapis. Dexte
ra tua domine magnificata est in forti-
tudie: dextera tua dñe ꝑcussit inimicū:

⁊ in multitudine glorie tue deposuisti
aduersarios meos. Misisti iram tuam q̃
deuorauit eos sicut stipulam: ⁊ in spiri
tu furoris tui congregate sunt aque. Ste
tit vnda fluens: congregate sunt abyssi
in medio mari. Dixit inimicus psequar
⁊ comprehendã: diuidã spolia implebitur
ania mea. Euaginabo gladiũ meũ: in-
terficiet eos manus mea. Flauit spiri-
tus tuus ⁊ operuit eos mare: submersi
sunt quasi plumbũ in aquis vehemẽti-
bus. Quis similis tui in fortibus domie
quis similis tui: magnificus in sanctita
te: terribilis atq̃ laudabilis ⁊ faciẽs mi
rabilia. Extendisti manũ tuã: ⁊ deuora
uit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua:
populo quẽ redemisti. Et portasti eum
in fortitudine tua: ad habitaculum san-
ctum tuũ. Ascenderunt populi et irati
sunt: dolores obtinuerũt habitatores
philistijm. Tunc conturbati sunt princi
pes edom: robustos moab obtinuit tre
mor: obriguerunt omnes habitatores
chanaan. Irruat super eos formido ⁊
pauor: in magnitudine brachij tui. Fi-

ant imobiles quasi lapis donec pertrā
seat popul⁹ tuus dñe: donec ptranseat
popul⁹ tuus iste quez possedisti. Intro
duces eos ⁊ plantabis in monte here-
ditatis tue: firmissimo habitaculo tuo
qd opatus es dñe. Sanctuariū tuū do
mine qd firmauerūt manus tue: domi-
nus regnabit in eternū ⁊ vltra. Ingres
sus est eim eques pharao cuz currib⁹ et
equitib⁹ eius i mare: ⁊ reduxit sup eos
dñs aquas maris. Filij aūt israel am-
bulauerūt per siccū: in medio eius. Fe-
ria. vj. ad lau. cā. Abacuk pphete. Aba
cuk. iij. capto. Dicit etiā hoc canticū i
iij. nocturno in exaltatiōe sctē crucis et
diuiditur in tres partes. Prima pars a
pncipio cantici vsqz ibi. Suscitās susci
tabis. Secda ab hinc vsqz ad Viam fe-
cisti. Tertia ab hinc vsqz ad finē cātici.
Domine audiui auditionem tuam:
et timui. Domine opus tuum: in
medio annorum viuifica illud. In me-
dio annoruz notum facies: cum iratus
fueris misericordie recordaberis. De-
us ab austro veniet: ⁊ sanctus de mon-

112

te pharan. Operuit celos gloria eius:
⁊ laudis eiꝰ plena est terra. Splendor
eius vt lux erit: cornua i manibus eius.
Ibi abscōdita est fortitudo eius: ante
faciem eius ibit mors. Egredietur dia
bolus ante pedes eius: stetit ⁊ mensus
est terram. Aspexit ⁊ dissoluit gentes:
et cōtriti sunt mōtes seculi. Incuruati
sunt colles mundi: ab itineribus eterni
tatis eius. Pro iniquitate vidi tentoria
ethiopie: turbabunt pelles terre madi
an. Nunq̃d in flumibus iratus es dñe:
aut in flumibus furor tuus: aut in mari
indignatio tua. Qui ascendens sup eq̃s
tuos: ⁊ quadrige tue saluatio. Diuisio.
Suscitans suscitabis arcū tuū: iura-
menta tribubus que locutus es.
Fluuios scindes terre: viderūt te ⁊ do
luerūt montes: gurges aquarum tran
sijt. Edit abyssus vocē suam: altitudo
manus suas leuauit. Sol ⁊ luna stete-
runt in habitaculo suo: in luce sagitta-
rum tuarꝝ ibunt: in splendore fulguran
tis haste tue. In fremitu conculcabis
terrā: in furore obstupefacies gentes.

Egressus es in salutez populi tui: in sa
lutem cũ christo tuo. Percussisti caput
de domo impij: denudasti fundamẽtuz
vsqꝫ ad collum. Maledixisti sceptris ei-
us: capiti bellatorũ eius: venientib⁹ vt
turbo ad dispergenduz me. Exultatio
eorum: sicut eius qui deuorat pauperẽ
Iam feci- Diuis. (in abscondito.
sti in mari equis tuis: in luto aqua
rum multarũ. Audiui ⁊ conturbat⁹ est
venter meus: a voce contremuerũt la-
bia mea. Ingrediatur putredo in ossi-
bus meis: et subter me scateat. Vt req
escam in die tribulatiõis: ⁊ ascendaz ad
populũ accinctũ nostrum. Ficus enim
non florebit: ⁊ nõ erit germẽ in vineis.
Mentietur opus oliue: ⁊ arua non affe
rent cibum. Abscidetur de ouili pecus:
⁊ non erit armẽtũ in presepibus. Ego
autẽ in domino gaudebo: et exultabo
in deo iesu meo. Deus domin⁹ fortitu-
do mea: ⁊ ponet pedes meos quasi cer
uoz. Et super excelsa mea deducet me
victor: i psalmis canentẽ. Sabbato ad
laudes cañ. Moysi. Deuterono. xxxij.

Audite celi q̃ loq̃r: audiat terra ꝟba
orꝫ mei. Cõcrescat i pluuiã doctrĩa
mea: fluat vt ros eloquiũ meum. Quasi
imber sup herbã: ⁊ q̃si stilla sup gramĩa:
quia nomẽ domi inuocabo. Date mag
nificentiã deo nostro: dei perfecta sunt
opera: ⁊ om̃es vie eius iudicia. Deus fi
del' ⁊ absq; vlla iniquitate iust⁹ ⁊ rect⁹:
peccauerũt ei ⁊ nõ filij eius in sordib⁹.
Generatio praua atq; peruersa: hecci
ne reddis domio popule stulte ⁊ insipi-
ens. Nunquid nõ ipse est pater tu⁹ qui
possedit te: ⁊ fecit et creauit te. Memen
to dierum antiquoꝝ: cogita generatio
nes singulas. Interroga patrẽ tuũ et
annũciabit tibi: maiores tuos et dicent
tibi. Quando diuidebat altissimus gen
tes: quando separabat filios adã. Con
stituit terminos populorũ: iuxta nume
rũ filioruz israel. Pars autẽ domini po
pulus eius: iacob funicul⁹ hereditatis
eius. Inuenit eũ in terra deserta: in lo
co horroris ⁊ vaste solitudinis. Circũ-
duxit eum et docuit: et custodiuit quasi
pupillaz oculi sui. Sicut aquila prouo-

cans ad volandũ pullos suos: ⁊ super
eos volitans Expandit alas suas ⁊ as
sum psit eum: atq; portauit in humeris
suis. Dñs solus dux eius fuit: ⁊ nõ erat
cum eo deus alienus. Constituit eũ su-
per excelsam terram: vt comederet fru
ctus agroꝝ. Vt suggeret mel de petra:
oleumq; de saxo durissimo. Butyrũ de
armento et lac de ouibus: cũ adipe ag-
norũ ⁊ arietũ filioruz basan. Et hircos
cum medulla tritici: ⁊ sanguinẽ vue bi-
berent meracissimũ. Incrassatꝰ est di-
lectus ⁊ recalcitrauit: incrassatus impi
guatus dilatatus. Dereliquit deum fa
ctorem suũ: ⁊ recessit a deo salutari suo.
Prouocauerunt eũ in dijs alienis: ⁊ in
abominationibus ad iracundiam con-
citauerunt. Immolauerunt demonijs
et non deo: dijs quos ignorabant. Do-
ui recentesq; venerunt: quos non colu
erunt patres eorum. Deum qui te ge-
nuit dereliquisti: ⁊ oblitus es dñi crea-
toris tui. Vidit dñs ⁊ ad iracundiaz cõ
citatus est: quia ꝓuocauerunt eum filij
sui ⁊ filie. Et ait abscondam faciẽ meaz

ab eis: ⁊ considerabo nouissima eorum.
Generatio enim peuersa est: ⁊ infideles
filij. Ipsi me puocauerunt in eo qui nõ
erat deus: ⁊ irritauerunt in vanitatib⁹
suis. Et ego puocabo eos in eo qui nõ
est populus: ⁊ in gente stulta irritabo il
los. Habbo ad lau, diuisio. cã. Moisi.
Ignis succensus est in furore meo:
⁊ ardebit vsq ad iferni nouissima.
Deuorabitq terrã cũ germine suo: et
mõtiũ fundamẽta comburet. Congre-
gabo sup eos mala: ⁊ sagittas meas cõ
plebo in eis. Consumentur fame: ⁊ de-
uorabunt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarũ imittam in eos: cum fu
rore trahentiũ sup terrã atq serpẽtiũ.
Foris vastabit eos gladi⁹ ⁊ int⁹ pauor:
iuuenẽ simul ac virginẽ lactentẽ cũ ho-
mine sene. Et dixi vbi nã sunt: cessare fa
ciam ex homibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorum distuli:
ne forte supbirent hostes eorũ. Et dice
rent manus nr̃a excelsa: ⁊ nõ dñs fecit
hec omnia. Gens absq consilio est et si-
ne prudentia: vtinã saperent ⁊ intellige

rent: ac nouissima prouiderẽt. Quomo
do psequebatur vnus mille: ⁊ duo fuga
rẽt decẽ milia. Nonne ideo quia deꝰ su-
us vẽdidit eos: ⁊ dominus conclusit il-
los. Non enim est deus noster vt deus
eorꝝ: ⁊ inimici nostri sunt iudices. De vi
nea sodomorꝝ vinea eorꝝ: ⁊ de suburba
nis gomorre. Vua eorꝝ vua fellis: ⁊ bo
tri amarissimi. Fel draconũ vinũ eorũ:
⁊ venenũ aspidum insanabile. Nonne
hec condita sunt apud me: ⁊ signata in
thesauris meis. Mea est vltio ⁊ ego re
tribuã eis in tẽpore: vt labatur pes eo-
rũ. Iuxta ẽ dies pditiõis: ⁊ adesse festi
nãt tpa. Iudicabit dñs ppl̃z suũ: ⁊ i ser-
uis suis miserebit. Videbit qd̃ ifirmata
sit manꝰ: ⁊ clausi q̃z defecerũt: residuiq̃z
consumpti sunt. Et dicet vbi st̃ dij eorꝝ:
in quibus habebant fiduciam. De quo
rũ victimis comedebãt adipes: ⁊ bibe-
bant vinũ libaminũ. Surgant ⁊ opitu-
lẽtur vobis: ⁊ in necessitate vos prote-
gant. Videte qd̃ ego sim solus: ⁊ nõ sit
alius deꝰ preter me. Ego occidã ⁊ ego
viuer̃ faciã: pcutiã ⁊ ego sanabo: ⁊ nõ ẽ

qui de manu mea possit eruere. Leua-
bo ad celũ manũ meam: ⁊ dicam viuo
ego in eternũ. Si acuero vt fulgur gla
diũ meũ: ⁊ arripuerit iudicium manus
mea. Reddam vltionẽ hostib⁹ meis: et
his qui oderunt me retribuaz. Inebri-
abo sagittas meas sanguine: ⁊ gladius
meus deuorabit carnes. De cruore oc
cisor: ⁊ de captiuitate nudati inimicor
capitis. Laudate gentes populũ eius:
quia sanguinem seruorum suor vlcisce
tur. Et vindictã retribuet in host es eo
ruz: ⁊ ꝓpicius erit terre populi sui. Die
bus dñicis ad laudes canticũ triũ pue-
Benedicite (ror. Danielis. iij. cap.
omnia opera dñi dño: laudate et su
perexaltate eum in secula. Benedicite
angeli dñi domino: benedicite celi do-
mino. Benedicite aque omnes que sup
celos sunt dño: benedicite omnes virtu-
tes dñi dño. Benedicite sol ⁊ luna dño:
bñdicite stelle celi dño. Benedicite im-
ber et ros domino: bñdicite omnis spũs
dei domino. Benedicite ignis et estus
domino: benedicite frigus ⁊ estas dño.

Benedicite rores ⁊ pruina dño: benedicite gelu ⁊ frigus dño. Benedicite glacies ⁊ nives dño: bñdicite noctes ⁊ dies domino. Bñdicite lux ⁊ tenebre domino: bñdicite fulgura ⁊ nubes domino. Bñdicat terra dñm: laudet ⁊ superexaltet eum in secula. Bñdicite mõtes ⁊ colles dño: bñdicite vniuersa germinantia in terra domio. Benedicite fontes domino: bñdicite maria et flumina domino. Bñdicite cete ⁊ omnia que mouentur in aquis dño: bñdicite omnes volucres celi dño. Bñdicite omnes bestie ⁊ pecora dño: bñdicite filij hoim dño. Bñdicat israel dñm: laudet ⁊ superexaltet eum in secula. Benedicite sacerdotes domini dño: bñdicite serui dñi dño. Benedicite spiritus ⁊ anie iustorꝝ dño: bñdicite sancti et humiles corde dño. Benedicite anania azaria misael dño: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Benedicamus patrem ⁊ filium cũ sanctospiritu: laudemus ⁊ superexaltem⁹ eum in secula. Benedictus es domine i firmamento celi: ⁊ laudabilis ⁊ glorio-

y

sus ⁊ superexaltatus in secula. Cañ Am-
TE deum (brosij ⁊ Augustini epoꝝ.
laudam⁹: te dñm confitemur. Te
eternũ pr̃em: om̃is terra venerat̃. Tibi
oẽs angeli: tibi celi ⁊ vniuerse potesta-
tes. Tibi cherubin ⁊ seraphin: incessa-
bili voce proclamant. Sãctus. Sctũs.
Sctũs. dñs deus sabaoth. Pleni st̃ ce
li ⁊ terra: maiestatis glorie tue. Te glo
riosus apostoloꝝ chorus. Te ꝓpheta-
rũ: laudabilis numerus. Te martyruz
candidatus: laudat exercitus. Te ꝑ or
bem terraꝝ: sancta confitet̃ eccl̃ia. Pa
trẽ immẽse maiestatis. Venerandũ tu
um verum ⁊ vnicũ filium. Sanctũ quo
q̃ paraclitũ spiritũ. Tu rex glorie chri-
ste. Tu patris sempiternus es fili⁹. Tu
ad liberandũ suscepturus hoiem: non
horruisti virginis vterum. Tu deuicto
mortis aculeo: aperuisti credentibus
regna celorum. Tu ad dexteram dei se
des: in gloria patris. Iudex crederis:
esse venturus. Hic accipimus veniaz.
Te ergo quesumus tuis famulis subue
ni: quos precioso sanguine redemisti.

Eterna fac cum sanctis tuis gloria mu
nerari. Saluũ fac populũ tuũ dñe: ⁊ be
nedic hereditati tue. Et rege eos ⁊ ex-
tolle illos: vsqꝫ in eternũ. Per singulos
dies: benedicimus te. Et laudam⁹ no-
mẽ tuũ in seculũ: ⁊ in seculũ seculi. Ig-
nare domine die isto: sine peccato nos
custodire. Miserere nostri domine: mi-
serere nostri. Fiat miscdia tua dñe sup
nos: quemadmodũ sperauimus in te.
In te domine speraui: non ꝓfundar in
eternũ. Canticũ Zacharie. Luce. j. cap.
Benedictus dñs deus israel: qꝛ visi
tauit ⁊ fecit redẽptionem plebis
sue. Et erexit cornu salutis nobis: in
domo dauid pueri sui. Sicut locutus
est per os sanctorum: qui a seculo sunt
ꝓphetarum eius. Salutem ex inimicis
nostris: ⁊ de manu omniũ qui oderunt
nos. Ad faciendam misericordiam cuz
patribus nostris: ⁊ memorari testamẽ
ti sui sancti. Iusiurandum quod iura-
uit ad abraam patrem nostrum: datu
rum se nobis. Et sine timore de manu
inimicorum nostrorum liberati: seruia-

117

mus illi. In sanctitate ⁊ iusticia coram
ipso: om̄ibus diebus nr̄is Et tu puer
ꝓpheta altissimi vocaberis: preibis em̄
ante faciē domini parare vias ei⁹. Ad
dandam scientiam salutis plebi eius: in
remissionē peccatoꝝ eorum. Per visce
ra misericordie dei nostri: in quibus vi
sitauit nos oriens exalto. Illuminare
his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortꝭ se
dēt: ad dirigendos pedes nr̄os in viaꝫ
pacis. Canticū beate virginis Marie.
Magnificat: Luce primo capitulo.
Manima mea dn̄m. Et exultauit spi-
ritus meus: in deo salutari meo. Quia
respexit humilitatē ancille sue: ecce em̄
ex hoc beatam me dicent om̄es gene-
rationes. Quia fecit mihi magna q̇ po
tens est: ⁊ sanctū nomē eius. Et miseri
cordia eius a progenie in progenies: ti
mentibus eum. Fecit potentiā in bra-
chio suo: dispersit superbos mente cor
dis sui. Deposuit potētes de sede: ⁊ ex
altauit humiles. Esurientes impleuit
bonis: ⁊ diuites dimisit inanes. Susce-
pit israel pueꝝ suū: recordatus misericordie

sue. Sicut locutus est ad patres nr̄os: abraam ⁊ semini ei⁹ in scl̄a. Lañ. Symeonis. Luce. ij.

Nunc dimittis seruū tuū dñe: scd̄m verbū tuuz in pace. Quia viderunt oculi mei: salutare tuū. Qd̄ parasti: ante faciē om̄ium ꝓpl̄oruz. Lumen ad reuelationē gentiū: ⁊ gloriam plebis tue israel. Laus angelorum.

Gloria i excelsis deo. Et i terra pax hoīb⁹ bone volūtat⁹. Laudam⁹ te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi ꝓpter gloriam tuam magnā. Domine deus rex celestis deus pater om̄ipotēs. Domine fili vnigenite iesu christe. Dñe deus agnus dei fili⁹ patris. Qui tollis peccata mūdi miserere nobis. Qui toll' peccata mundi. suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris. miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus dominus. Tu solus altissimus iesu christe. Cum sanctospiritu in gl'ia dei patris. Amē. Oratio dñica.

Pater nr̄ qui es in celis ⁊ Sctificet̄ nomē tuū: Adueniat regnū tuū ⁊

118

Fiat voluntas tua. sicut in celo ⁊ in terra: Panē nr̄m quottidianū da nob̄ hodie: ⁊ Et dimitte nobis debita nostra. sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nr̄is: Et ne nos inducas in tētationē: ⁊ Sz libera nos a malo: ⁊ Am̄. Symbolū apostolorū.

Credo in deū p̄rem om̄ipotentē creatorē celi ⁊ terre. Et in iesum christū filiū eius vnicū dn̄m nr̄m. Qui ꝯceptus est de spiritusctō. nat⁹ ex maria virgine. Passus sub pontio pilato. crucifixus. mortuus ⁊ sepultus. Descendit ad iferna. Tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos. sedet ad dexterā dei p̄ris om̄ipotētis. Inde vētur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in spiritū sanctū. Sanctā ecclīaz catholicā. Sctōrū cōmunionē. Remissionē pctōrū. Carnis resurrectionē. Et vitā eternam. Amen. Symbolū ecclesie.

Credo in vnum deum. atrē omnipotentem factorem celi et terre. Visibilium omnium et inuisibilium. Et in vnum dominū Jesum christū filium dei vnigenitū. Et ex patre natū ante

om̄ia secula. Deū de deo. lumē de lumi
ne. deū verū de deo vero. Genitū non
factū consubstantialez patri: ꝑ quē oīa
facta sunt. Qui ꝓpter nos hoīes ⁊ ꝓpter
nr̄am salutē descendit de celis. Et incar
natus est de spiritusancto. Ex maria vir
gine. Et homo fact⁹ est. Crucifixus etiā
ꝓ nobis sub pontio pilato. passus ⁊ se-
pultus est. Et resurrexit tertia die scd̄m
scripturas. Et ascendit in celū sedet ad
dexterā patris. Et iterꝝ venturus est cū
gloria iudicare viuos et mortuos. Cui⁹
regni nō erit finis. Et in spm̄sctm̄ dn̄m
⁊ viuificantē. Qui ex patre filioqꝫ ꝓce-
dit. Qui cū patre ⁊ filio simul adorat̄ et
cōglorificat̄. Qui locut⁹ est ꝑ ꝓphetas.
Et vnā sanctā catholicā ⁊ apostolicā ec
clesiam. Confiteor vnū baptisma in re-
missionem peccatoꝝ. Et expecto resur-
rectionem mortuoꝝ. Et vitam futuri se
culi. Amē. Fides catholica Athanasij
Quicūqꝫ vult saluus esse: añ (ep̄i.
oīa opus ē vt teneat catholicā fi
dez. Quā nisi q̇sqꝫ integrā īuiola
tāqꝫ seruauerit: absqꝫ dubio in eternuz

119

peribit. Fides aũt catholica hec est: vt vnũ deũ in trinitate ⁊ trinitatẽ in vnitate veneremur. Neq; ꝯfundentes personas: neq; substantiã separantes. Alia est em̃ persona patris: alia filij alia spiritussancti. Sed p̃ris ⁊ filij ⁊ spiritussancti vna est diuinitas: equalis gloria coeterna maiestas. Qualis pater talis filius: talis spũssctũs. Increatus pater increatus filius: increatus spũssanctus. Immẽsus pater imensus filius: imensus spiritussanctus. Eternus pater eternus filius: eternus spiritussanctus. Et tamen non tres eterni: sed vnus eternus. Sicut nõ tres increati nec tres immensi: sed vnus increatus et vnus immensus. Similiter omnipotens pater omnipotens filius: omnipotens spiritussanctus. Et tamen nõ tres omnipotentes: sed vnus omnipotens. Ita deus pater deus filius: deus spiritussanctus. Et tamẽ non tres dij: sed vnus est deus. Ita dominus pater dominus filius: dominus spiritussanctus. Et tamẽ nõ tres dñi: sed vnus est dñs.

Quia sicut singillatim vnamquãq; per
sonam deũ ac dominũ confiteri: christi
ana veritate cõpellimur. Ita tres de-
os aut dominos dicere: catholica reli-
gione phibemur. Pater a nullo est fa-
ctus: nec creatus nec genitus. Filius
a patre solo est: non factus nec creatus
sed genitus. Spiritussanctus a patre ⁊
filio: non factus nec creatus nec genit⁹
sed procedens. Vnus ergo pater non
tres patres: vnus filius non tres filij:
vnus spiritussanctus nõ tres spiritus-
sancti. Et in hac trinitate nihil ꝑius aut
posterius: nihil maius aut minus. Sed
tote tres persone coeterne sibi sunt: et
coequales. Ita vt ꝑ omnia sicut iam su
pra dictum est: ⁊ vnitas in trinitate et
trinitas in vnitate veneranda sit. Qui
vult ergo saluus esse: ita de trinitate sẽ
tiat. Sed necessarium ẽ ad eternã salu-
tẽ: vt incarnationẽ quoq; dñi nostri ie-
su christi fideliẽ credat. Est ergo fides
recta: vt credamus ⁊ cõfiteamur quia
dominus nr̃ iesus christus dei filius. de
us ⁊ homo est. Deus est ex substantia

p̄ris añ scl'a genit⁹: ⁊ hō est ex substātia
mr̄is in secl'o nat⁹. Perfect⁹ de⁹: ꝑfect⁹
hō ex aīa rōnali ⁊ humana carne subsi-
stēs. Equalis p̄ri scd'm diuinitatē: mior
p̄re scd'm humanitatē. Qui licet de⁹ sit
⁊ hō: nō duo tñ sed vn⁹ ē christ⁹. Vnus
aūt nō ꝯuersione diuinitat⁹ in carnē: sz
assūptiōe humanitat⁹ in deū. Vn⁹ oino
nō ꝯfusione substātie: sz vnitate ꝑsone.
Nam sicut aīa rōnalis ⁊ caro vn⁹ ē hō:
ita deus ⁊ hō vn⁹ est christ⁹. Qui passus
est ꝓ salute nr̄a: descēdit ad īferos: ter-
tia die resurrexit a mortuis. Ascēdit ad
celos sedet ad dexterā dei p̄ris oīpotē-
tis: inde ventur⁹ iudicare viuos ⁊ mor
tuos. Ad cui⁹ aduentū omnes hoīes re
surgere habent cū corporib⁹ suis: ⁊ red
dituri sūt de factis ꝓprijs rationē. Et q̄
bona egerūt ibūt in vitā eternā: q̄ vero
mala in ignē eternū. Hec ē fides catho
lica quā nisi quisqz fideliter firmiterqz
crediderit. saluus esse non poterit. An
tiphona post septez ps̄ penitentiales.
Ne reminiscaris dñe delicta nostra. vel
parentū nostrorum. neqz vindictam su
mas de peccatis nostris.

Domine miserere nr̄i te em̄ expectauim⁹: esto brachiū nr̄m in mane: ⁊ salus nostra in tēpore tribulatiōis. A voce angeli fugerunt populi: ⁊ ab exaltatione tua disperse sunt gentes. Et congregabunt̄ spolia vestra sicut colligitur bruc⁹: velut cū fosse plene fuerint de eo. Magnificatus est dn̄s qm̄ habitauit in excelso: impleuit syō iudicio ⁊ iusticia: ⁊ erit fides in tp̄ibus suis. Diuitie salutis sapientia et sciētia: timor dn̄i ipse thesaurus eius. Ecce videntes clamabunt foris: angeli pacis amare flebūt. Dissipate sunt vie: cessauit trāsiens ꝑ semitā: irritū factū est pactū: ꝓiecit ciuitates nō reputauit hoīes. Luxit ⁊ elanguit terra: ꝯfusus est liban⁹ ⁊ obsorduit. Et factus est sarō sicut desertū: ⁊ cōcussa est basan ⁊ carmel⁹. Nunc exurgā d̄t dn̄s: nūc exaltabor ⁊ nūc sublimabor. Cā. ysaie ꝓphete. xxxiij. cap̄.

Audite q̄ lōge estis que fecerim dicit dn̄s: et cognoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in syon pcōres: posse-

121

dit timor hypocritas. Quis poterit ha
bitare de vobis cũ igne deuorante: aut
quis habitabit ex vobis cum ardorib⁹
sempiternis. Qui ambulat in iusticijs ⁊
loquitur veritatẽ: qui proijcit auariciã
ex calumnia: ⁊ excutit manus suas ab
omni munere. Qui obturat aures suas
ne audiat sanguinem: et claudit oculos
suos ne videat malum. Iste in excelsis
habitabit: munimẽta saxor sublimitas
eius: panis ei datus est: aque eius fide
les sunt. Regẽ in decore suo videbunt
oculi eius: cernent terram delonge: cor
tuum meditabitur timorem. Canticũ in
Ise- (ecclíastico. xxxvj. capitulo.
rere domine plebi tue sup quã in-
uocatum est nomen tuũ: et israel quem
coequasti primogenito tuo. Miserere
ciuitati sanctificationis tue hierusalez:
ciuitati requiei tue. Reple syon inenar
rabilibus virtutibus tuis: et gloria tua
populum tuum. Da testimonium quia
ab initio creature tue sunt: et suscita
precationes quas locuti sunt in nomi
ne tuo prophete priores. Da merce-

illud et corroboret in iudicio ⁊ iusticia: amodo ⁊ vsq̄ in sempiternum. elus domini exercituū faciet hoc. Canticum

Letare hierusalem: Ysaie.lxvj.ca. ⁊ diē festum agite om̄es qui diligitis eam. Gaudete gaudio magno omnes qui lugebatis super eam: vt potemini a lacte ⁊ satiemini ab vberibus cōsolationis eius. Et cum auulsi fueritis a lacte: epulemini ab introitu glorie eius. Quia hec dicit dn̄s ecce ego declino in eos vt flumē pacis: ⁊ vt torrens inundās gl̄ie gētiū. Pueri eoꝝ in humeris portabunt̄: ⁊ super genua cōsolabūtur. Quemadmodū mater consolat̄ filios suos ita et ego consolabor vos: et in hierl̄m consolabimini. Et videbitis et gaudebitis ⁊ letabitur cor vr̄m: et ossa vestra vt herba germinabunt: ⁊ cōminabitur contumacijs. Ecce dn̄s vt ignis veniet: et vt tēpestas currus eius. Reddere in ira vindictam: ⁊ vastationez in flāma ignis. In igne em̄ zeli dn̄i deuorabitur om̄is terra: ⁊ in gladio ei⁹ omnis caro. Canticū Ysaie.xxvj.capit.

VRbs fortitudinis nostre syon: saluator ponetur in ea murus et antemurale. Aperite portas: et ingrediatur gens iusta custodiens veritatē. Tetus error abijt: seruabis pacem: pacez quia in te sperauimus. Sperastꝫ in domino in seculis eternis: in domino deo forti in perpetuū. Quia incuruabit habitantes in excelso: ciuitatem sublimez humiliabit. Humiliabit eaz vsqꝫ ad terram: detrahet eam vsqꝫ ad puluerem. Conculcabit eam pes: pes pauperis: gressus egenorum. Semita iusti recta est: rectus callis iusti ad ambulanduz. Et in semita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te: nomen tuum et memoriale tuum in desiderio anime. Anima mea desiderauit te in nocte: sed et spiritus meus in precordijs meis: ꝺ mane vigilabo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra: iusticiam discent habitatores orbis. Misereamur impio: et nō discet facere iusticiam: in terra sanctoruz iniqua gessit: et non videbit gloriaz domini. Domine exaltetur manus tua vt

non videant: videant ⁊ confundantur
zelantes populi: et ignis hostes tuos
deuoret. ℣ omine dabis pacem nobis:
omnia enim opera nostra operatus es
nobis.

In festo sancto pa
sce. et diebus dominicis vsqz ad octa-
uam pentheco. et in solennitate sacra-
tissimi corporis christi: et in dnica infra
octauam. et in ipsis octa. corporis chri.

Quis est iste qui (Lan. Ysaie. lxiij.
venit de edom: tinctis vestibus
de bosra. ℣ Iste formosus in stola

sua: gradiens in multitudine fortitudi-
nis sue. Ego qui loquor iusticiam: et p-
pugnator sum ad saluandũ. Quare er-
go rubrum est indumentũ tuum: & ve-
stimenta tua sicut calcantiũ in torcula-
ri. Torcular calcaui solus: et de genti-
bus non est vir mecum. Calcaui eos in
furore meo: & cõculcaui eos in ira mea.
Et aspersus est sanguis eorũ super ve-
stimenta mea: et omnia indumenta mea
inquinaui. Dies enim vltionis in corde
meo: annus retributionis mee venit.
Circumspexi et non erat auxiliator: q̃
siui et non fuit qui adiuuaret. Et salua
uit mihi brachium meum: & indignatio
mea ipsa auxiliata est mihi. Lañ. Osee.
Venite & reuertamur ad (vj. capto.
dominũ: quia ipse cepit et sanabit
nos: percutiet & curabit nos. Viuifica
bit nos post duos dies: in die tertia su-
scitabit nos: & viuem⁹ in conspectu ei⁹.
Sciemus sequemurq̃: vt cognoscam⁹
dominũ. Quasi diluculuz preparat⁹ est
egressus eius: & veniet quasi imber no
bis tẽporaneus et serotin⁹ terre. Quid

faciam tibi effraim quid faciam tibi iu-
da: miscdia vestra quasi nubes matuti
na: ⁊ quasi ros mane pertransiẽs. Pro
pter hoc dolaui in ꝓphetis: occidi eos ĩ
verbis oris mei: ⁊ iudicia tua quasi lux
egredient̃. Quia miscdiam volui ⁊ non
sacrificium: ⁊ scientiam dei plusq̃ holo
causta. Canticũ sophonie. iij. capitulo.

Expecta me dicit dñs in die resur-
rectionis mee in futuruz: quia erit
iudicium meũ vt congregem gentes et
colligam regna. Et effundam sup eos
indignationẽ meã: ⁊ oẽz iram furoris
mei. In igne enim zeli mei deuorabit̃
omnis terra: quia tunc reddã populis
labiũ electũ: vt ĩuocẽt oẽs nomẽ dñi et
seruiant ei humero vno. Vltra flumia
ethiopie inde supplices mei: filij dispsoꝝ
meorum deferent munus mihi. In die
illa nõ cõfunderis sup cunctis adinuen
tionibus tuis: quibus preuaricata es ĩ
me. Quia tũc auferã de medio tui mag
niloq̃s supbie tue: ⁊ nõ adijcies exalta-
ri amplius in monte sancto meo. Et de
relinquã in medio tui ꝓpl̃z paupez ⁊ ege

124

nũ: ⁊ sperabunt in nomie dñi. Reliquie
israel non facient iniquitatẽ nec loquẽ-
tur mendaciũ: ⁊ non inuenietur in ore eo-
rum lingua dolosa. Quoniam ipsi pascentur ⁊
accubabunt: et non erit qui exterreat.

De apl̃is vno vel pluribus ⁊ de pluri-
bus martyribus. Canticũ Ysaie. lxj. cap̃.

Vos sancti dñi vocabimini: mini-
stri dei nr̃i dicetur vobis. Forti-
tudinẽ gentiũ comedetis: ⁊ in glo
ria eorum supbietis. Pro cõfusione vestra
duplici et rubore: laudabũt partẽ eorũ.
Propterea i terra sua duplicia posside
bũt: leticia sempiterna erit eis. Quia ego
dñs diligens iudiciũ: et odio habẽs ra-
pinam in holocaustũ. Et dabo opus eo-
